Scandalū prelatorum.

operari. Mala vita manifesta rectoꝝ & prælatoꝝ ecclesiæ ambitio, auaritia, simonia, pōpa, vestiū, exquisitę epulę: species varię luxuriæ. nōne magnū scādalū totius populi Christiani? Vñ dñs Malach. ij. Scādalizastis plurimos in lege. s. propter exempla malę vitę vestræ. Et Hiero. de eis. Hi vertūtur in laqueū tortuosum ponētes scandalū in oī loco. xxiiij. q. iij. transferunt. Sed vt dicit. b. Greg. Scire debēt p̄lati si vnq̄ deliquūt qa tot mortibꝰ digni sunt quot exēplo ꝑditionis ad cæteros trāsmittūt. ij. q. j. notum. Debet ergo qlibet cauere ne ṽbo vel facto aliquem scandalizet. iuxta illud apl'i. ij. Coꝝ. vj. Nemini dātes vllam offensionē vt nō vitupereꝛ ministeriū nostrū. Perfecti in charitate vtiq̄ sunt liberi etiā ab hoc genere scādali. Nā etsi cōmittunt aliqñ aliqua pc̄tā: tamen nō sunt talia & tam magna ꝙ aliquis rationabiliter possit sibi sumere occasionē ruinæ spiritualis ſm Tho. vbi. s̄. art. vj. & sic de hmōi. Pax multa &c. & hoc dū ꝑseuerāt in ꝑfectione. Possunt enim a gratia discedere: & tūc facta eoꝝ mala quę nota fiunt magis scādalizant q̄ alioꝝ. Et ex hoc aggrauaꝛ pc̄m̄ eorum magis q̄ alioꝝ. Et si arguatur in contrarium: quia Petrus post aduētum spūssancti fuit in statu perfectoꝝ: & tamen gentiles cōuersos scandalizauit in obseruatione legaliū. Vnde dicit apl's ad Gal'. ij. Cum vidissem ꝙ non recte ambularet ad veritatē euangelij dixi Cæphæ. i. Petro Coram oībus. Si tu cum Iudæus sis gentiliter & nō Iudaice viuis: quō gētes cogis Iudaizare. ergo &c. Respondet Tho. vbi s̄. ar. vj. ꝙ Petrus peccauit quidem & repræhensibilis fuit ſm sententiā Aug. & ipsius Pauli. q̄uis Hiero. dicat contrarium in hoc ꝙ subtrahebat se a gentilibꝰ vt vitaret scādalum Iudęoꝝ quia hoc incaute aliqualiter faciebat. ita ꝙ gentiles ad fidem conuersi scandalizabantur. Non tamen factum Petri erat ita graue pc̄m̄ ꝙ merito possent alij scādalizari. & sic patiebantur scādalum passiuū absq̄ hoc ꝙ in Petro esset scandalum actiuum sed indispositio aut imperfectio eorum eos scandalizabat.

§. V. QVAERITVR VTRVM BOna sint dimittēda ꝓpter scandalum alioꝝ vitandum.

¶ Et primo de spiritualibus bonis.
¶ Secundo de temporalibus.
¶ Tertio de sacramentalibus: & vtrum mutanda.

triplex veritas

Et ꝓ fundamēto huius materiæ sumaꝛ regula iuris qua diciꝛ. Vtilius scandalū nasci ꝑmittitur q̄ veritas dimittaꝛ. et de reg. iur. vtilꝰ. vbi glo. ibi & .b. Tho. in. iiij. notāt triplicē veritatē. s. vitæ, doctrinę & iustitię. & dicit. b. Hiero. ꝙ dimittēdū est ꝓpter scādalū. s. vitandū oē qđ ꝑtermitti pōt: salua triplici ṽitate. s. vitæ, doctrinę & iustitię. Quinimmo & veritas iustitiæ & doctrinę qñq̄ ꝓpter scandalū dimittēda est ſm Tho. & Ray. & Vl. Vnde dantur versus. Est ṽitas vitæ doctrinæ iustitiæq̄. Primū semꝑ habe: duo alia ꝓpter scādala linque. s. aliqñ. Quod itelligēdū est nō quidē vt doceaꝛ aliqua falsitas ꝓpter scandalum vitandū sed vt taceatur veritas nō necessaria. Et sil'r nulli facienda est iniustitia. s. vt dānetur innocēs ꝓpter vitandū scādalū alioꝝ: sed dormire pt̄ seueritas vt nō puniantꝛ q meruerūt.

De bonis spūalibus ꝓpter scādalū dimittendis.

De bonis igiꝛ spūalibꝰ quæ reperiūtur in veritate vitę iustitię & doctrinæ, cū quæriꝛ vtrū sint dimittēda ꝓpter scādalū vitandū? Rñ. b. Tho. ij. ij. q. xliij. ar. vij. ꝙ quæstio ista nō habet locū in scandalo actiuo, qa nihil faciendū est cū scādalo actiuo qđ est fc̄m̄ vel dictū minꝰ rectū: sed habet locū in scādalo passiuo. Pro cuius declaratione notādū ꝙ in spūalibꝰ bonis quædā sunt de necessitate salutis q̄ prætermitti nō possunt absq̄ pc̄ō mortali. Manifestū est aūt ꝙ nullus debet peccare mortal'r vt alterius pc̄m̄ īpediat. Et ratio est: qa magis teneꝛ qlibet suā salutē spūalē diligere q̄ cuiuscūq̄ alterꝰ: cū nō solū ipse actus dilectionis: sed etiā ipse ordo diligēdi sit in p̄cepto q est vt prius & magis se q̄ alium diligat ſm Tho. Fatue ergo faciūt q ꝓpter tollēdū scādalū alioꝝ quātūcūq̄ graue peierāt vel aliqđ criminale faciūt. qđ tñ frequēter accidit q immo nec veniale cōmittendū est ꝓpter alioꝝ scādalū vitandū: q̄uis hoc aliqui dixerint qđ. b. Tho. vbi. s̄. reprobat. Et ratio est ſm ipm̄. qa hoc implicat cōtraria. Nā si faciēdū est iā non est malū nec pc̄m̄. Nullus em̄ peccat faciēdo qđ debet. si aūt pc̄m̄ est eligibile non est. ḡ fieri nō debet. Ad qđ facit qđ ait Aug. xxij. q. ij. faciat. cū saluti hois nisi peccādo consulere non possit iā se existimet nō habere qd faciat. Et q̄uis ꝑ veniale nō tollaꝛ hoī grā ꝑ quā est ei salus. tñ inquātum veniale disponit ad mortale: & sic vergit in detrimētū salutis. Vñ cōtra veritatē vitæ pōt bene qs aliqñ facere qd qđ ex genere esset veniale vt verbū otiosum. & tñ dicēdo ad tollēdū scādalū vel ad subleuandū tędiū: tunc non erit pc̄m̄ nec ꝓprie otiosum nisi materialiter. Quædā alia bona spūalia sūt q̄ nō sunt de necessitate salutis. vt dare eleemosynas, ieiunare, ingredi religionē, & hmōi. Et in his distinguēdū de scādalo: qa aut scādalū qđ ex eis oritur ꝓcedit ex malitia: cū. s. aliq volūt īpedire hmōi spūalia bona scādala cōcitādo. Et hoc dr̄ scādalū Pharisæoꝝ q de doctrina Christi scādalizabanꝛ. & hoc esset cōtēnēdū sicut Christus docuit. Matt. xv. dicēs. Sinite eos. s. scādalizari. nec dimittatis bona opera ꝓpter tale scādalū ex malitia ꝓcedēs Aut scandalum ꝓcedit ex infirmitate vel ignorātia. & dr̄ scādalū pusilloꝝ. Et ꝓpter hoc scādalū spūalia opera sūt occultanda vel interdū differenda vbi periculum nō imminet quousq̄ reddita rōne scandalū cesset. Si autem post redditā rōnem hoc scādalū duret. iā videꝛ ex malitia esse. Et sic ꝓpter ipm̄ nō sunt hmōi spūalia opera dimittenda.

Spūalia non sunt necessaria ad salutem.

Notādū ēt ſm. b. Tho. vbi. s̄. ꝙ in veritate vitę & doctrinæ & iustitiæ nō solū cōpræhēdiꝛ id qđ est de necessitate salutis, sed ēt illud ꝑ qđ ꝑfectiꝰ ꝑueniꝛ ad salutē. ſm illud j. Coꝝ. xiij. Emulamini charismata meliora. Vñ ꝯsilia nō sunt simpl'r prętermittēda nec etiā opera misericordiæ ꝓpter scādalū: etsi sint interdū occultāda vel differēda propter scādalū pusilloꝝ vt dictū est. Si ergo ꝓpter igressum religionis alicuꝰ parētes vel alij scādalizātur vsq̄ ad mortē aīæ vel corporis: nō debet aliqs ꝓpter hoc dimittere ingredi religionē: & oīa mala q̄ inde sequerenꝛ non imputātur ei q ingrediꝛ sed illis q faciūt seipsos sine causa scādalizantes. Si tñ ex aliqua dilatione ista scādala auferri veri sil'r æstimarenꝛ & illi periculū non immineret nō valēdi postea religionem ingredi differre deberet. Sciēdū etiā ꝙ obseruatio cōsilioꝝ & impletio operū misericordiæ sunt qñq̄ de necessitate salutis. qđ patet in his q iā nouerūt cōsilia. & in his in qbꝰ ex debito imminet defectibꝰ aliorum subuenire vel in tēporalibꝰ puta pascendo esuriētē: vel in spūalibꝰ docēdo ignorātes siue fiat debitū ꝓpter iniūctū officiū vt patet in prælatis: siue ꝓpter necessitatē indigentis: & tunc eadē rō est de hmōi sicut de his q̄ sunt de necessitate salutis.

Cōsilia nō sunt simpliciter dimittenda.

Quātū igiꝛ ad veritatē doctrinę cum dicitur ꝓpter scādalū esse dimittēda. hoc est sic intelligēdum ſm bea. Tho. vbi. s̄. vt nō qdē doceat falsum aliqđ ꝓpter vitādū scādalū: qa hoc est de necessitate salutis. s. nō docere falsitatē sed veritatē & etiā non tacere veritatē cum est necesse ꝓ salute alioꝝ. Vñ Chrys. dicit ꝙ nō solū ꝓditor est veritatis q transgrediēs veritatem palam ꝓ veritate mendaciū loquiꝛ: sed etiā q nō libere veritatē ꝓnuntiat quam libere ꝓnūciare oportet: aut nō defendit veritatē quā defendere ꝯuenit: ꝓditor est veritatis. xj. q. iij. nolite. Sed ipse actus docēdi potest prætermitti ſm congruentiā tēpoꝝ & personaꝝ ab eo cui incūbit officiū docēdi. vel simpliciter qñ ex doctrina seu prædicatione nō sequiꝛ aliquis fructus & scādalū alioꝝ. vel ſm quid. s. quo ad aliquā materiam. puta in aliqua ciuitate vel castro sacerdotes sunt concubinarij quasi oēs: nec est spes correctionis eoꝝ: quia prælati non curāt: immo forte sunt in eadē dānatione. Si prædicator dicat populo eos vitādos in officijs & sacramentis nec sperat ꝑ hoc remediū adhiberi: sed scādalum sequi. primo ipsoꝝ clericoꝝ: scđo populi: q nihilominus non vitabūt eos audiēdo etiā hoc esse pręceptum ecclesiæ: vel cōtēnent eos & sacramēta eoꝝ. vt qd ꝓditio hæc? quare non potius reticendū populo & ignorātia quę iuris positiui est excusabit eos? Hęc Durā. ordinis Minoꝝ ī sum. Et multa similia possent hic applicari. Nec est ꝯtra qđ dr̄ dist. xliij. dispēsatio. Dispēsatio cœlestis seminis nobis est iniūcta. Væ si nō sparserimus: væ si tacuerimꝰ. Intelligitur enim hoc de doctrina necessaria ad salutē & cū speraꝛ fructus etsi inde alij scādalizētur. al's tacere docet Hiero. xj. q. iij. quō ergo.

Quō veritas doctrīę aliqñ ē dimittenda.

Quantū ad veritatē iustitiæ quō sit dimittenda propter scādalū. s. correctio. Sciendum ſm bea. Tho. vbi. s̄. ꝙ cum pœnaꝝ inflictio non sit ꝓpter se expetenda: sed infligūtur pœnæ vt quędā medicinæ ad cohibendū peccata. Ideo in tm̄ habent rationē iustitiæ inquantum pc̄tā per eas cohibenꝛ. etsi nō ipsiꝰ delinquētis qui si ex punitione maxime scādalizaretur nō prętermittenda esset punitio: sed tamen alioꝝ q ex punitione peccātis sibi cauent a malis ne similia patianꝛ. Sed si ex inflictione pœnarum seu punitione alicuꝰ vel pluriū delinquētiū plura & maiora mala possent seq vel ꝓbabil'r dubitareꝛ de hmōi. tūc inflictio pœnaꝝ nō cōtinebitur sub iustitia: & tunc punire nō ꝑtinet ad veritatem iustitiæ. & per consequens non punire non est cōtra iustitiam. Et hoc præcipue accidit qñ multitudo est in scelere vel aliqs q habet magnam sequelā adhęrentiū. Vñ Aug. dicit. In hmōi causis vbi ꝑ graues dissentionum scissuras nō huius vel illius hois periculum: sed populoꝝ strages iacet: detrahendum est aliquid seueritati vt maioribꝰ malis sanandis charitas syncera subueniat. dist. l. vt cōstitueretur. & dist. xliiij. c. comessationes. & . xxiij. q. iiij. c. nō pōt. Correctio aūt fraterna qa ordinaꝛ ad correctionē & emendationē eiꝰ qui corrigiꝛ. ideo cū de tali correctione verisimiliter crediꝛ ꝙ scandalizetur: nō teneꝛ ad eā nec eam facere debet. secus si nō scandalizaꝛ ipse correctus: sed alij ex eius emēdatione: quia tūc non dimittenda.

Quomodo correctio sit aliqñ dimittenda propter scādalum.

Quātū ad veritatē vitæ ꝑtinet vt non solum quis abstineat a malis: sed etiam ab his quę habēt speciē mali. Et ꝓpter hoc dicit Apl's. Si esca scādalizat fratrē meū nō manducabo carnes in ęternum. j. Coꝝ. viij. Loquiꝛ em̄ de carne idolis immolata: quā comedere pręcipue corā simplicibꝰ habebat speciem mali: qa poterāt credere ꝙ hoc faceret in veneratione idoli. Et sic scandalizabanꝛ in illo q̄uis non esset malū non comedendo in veneratione idoli. Et idem dicēdū est de q̄cūq̄ cibo. s. ꝙ cū qs scandalizatur super esu illius ab alio: vt qa est cōtra morē patriæ vel cōtra cōem ꝓhibitionē. q̄uis in se illū cibum possit licite edere: debet abstinere ne alios scandalizet: vel rationē assignare. puta si ex infirmitate hoc facit. Cibū aūt necessariū sibi ad vitā siue carniū siue aliaꝝ rerum non debet propter scādalum alioꝝ hoc dimittere simpliciter: qa hoc pertinet ad necessitatē salutis. ſm Tho. vbi. s̄. arti. viij. sed sedare si apte pt̄. Infamiam etiā iniuste exortam vnde hoīes quasi credētes hoc scādalizātur debet pro posse purgare illis modis quibus licite potest vel ostendendo innocentiā suā & falsitatem obloquentiū vel approbationes faciēdo inducere vt cōuincantur de mēdacio, vel ꝑ alios modos iustos. Et hoc no. Aug. xj. q. iij. c. nō sunt audiendi. vbi in fine dicit. Nobis necessaria est vita nostra. s. bona. alijs aūt fama nostra.

Qñ tpalia sint propter scādalū dimittēda.

§. VI. DE SECVNDO SCILICET

de tpalibus bonis vtrū sint dimittēda ꝓpter scādalū eoꝝ a quibꝰ repetunꝛ? Rñ. bea. Tho. ij. ij. q. xliij. arti. viij. Distinguendū est de hmōi bonis: qa aut nostra sunt, aut sunt ad cōseruandū ꝓ alijs nobis cōmissa. sicut bona ecclesiæ cōmittunꝛ p̄latis: & bona cōmunia quibuscūq̄ reipublicę rectoribꝰ. Et taliū ꝯseruatio sicut & depositoꝝ imminet his quibꝰ cōmissa sunt ex necessitate. & iō nō sunt ꝓpter scandalū dimittenda quin. s. repetantur: vel ꝑmittenda auferri sicut nec alia quæ sunt de necessitate salutis. Et sic. b. Tho. Cātua. archiepˢ nō dimisit qn repeteret res eccl'ię: q̄uis inde sequereꝛ scādalū regis Angliæ. Si vero bona tpalia nostra sunt & ipsoꝝ dñi sumus: dimittere ea distribuendo si penes nos sunt: vel non repetēdo si apud alios sunt ꝓpter scādalū qñq̄ debemꝰ: qñq̄ nō debemus. Si em̄ scandalum ex hoc oriaꝛ ꝓpter ignorātiā. vt qa putet esse sua qui detinet vel ꝓpter infirmitatē alioꝝ. qđ supra dictū est esse scādalū pusilloꝝ: tūc vel dimittenda sunt totaliter vel aliter sedandū scandalū pusilloꝝ: ꝑ aliquā admonitionē. Vnde Aug. in sermone dñi in monte. Dandū est qđ nec tibi nec alteri noceat q̄ ab hoīe credi pōt. Et cū negaueris quod petit iudicāda est ei iustitia. Et melius ei aliqd dabis cū petēte iniuste correxeris. Aliqñ vero scādalū quod nascitur ex repetitione suoꝝ bonoꝝ ꝓcedit ex malitia qđ est scandalū Pharisæoꝝ. Et ꝓpter eos qui sic scandala concitāt non sunt tpalia dimittenda: qa hoc noceret bono cōi: dareꝛ em̄ per hoc malis occasio rapiendi aliena: & noceret etiā ipsis rapiētibꝰ q retinēdo aliena in pc̄ō ꝑmanerent. Vnde dicit Greg. in li. moral'. ꝙ cū quidā tpalia nobis rapiūt sunt tolerādi. Quidā vero seruata ęqualitate ꝓhibendi nō sola cura ne nostra subtrahanꝛ: sed nec rapiētes nō sua seipsos perdant. Hęc Greg. Si em̄ passim permittereꝛ hoībꝰ malis rapere aliena: vergeret hoc in detrimētū veritatis vitæ & doctrinę & iustitię. & sic esset cōtra regulā iuris. Iuste tñ & pie eccl'ia abstinet a decimis exigendis in terris in quibus nō est cōsuetudo decimas soluere ad vitandū scandalum hoim. Sic etiā apl's seminans spūalia Corinthijs pie abstinuit a recipiēdo seu petendo tpalia ab eis ne offendiculū daret euangelio: ne. s. illi scādalizarentur si petisset ab eis quod nō erāt cōsueti. hæc Tho. Si aūt tyrānus aliquis teneret aliqua bona ecclesiæ & ex repetitione inde sequeretur scandalum nō solū tyrāno: sed eccl'iæ seu populo vel clero ꝯtra quē ille malignareꝛ. ita ꝙ maius esset dānū sequendū ex tali repetitione & rehabitione q̄ ex eius carētia licitum & iustū videtur, hoc em̄ videꝛ esse redimere vexationem suā. Et qđ dictū est ꝙ non debent dimitti talia ꝓpter scādalū intelligendū videꝛ ꝓpter scādalum illius solius. vel ita ꝙ nō sequaꝛ aliud maius scādalum. De facto beati Tho. Cantuariēn. potest dici ꝙ forte illa tēporalia quæ repetebat erāt annexa spūalibus quoꝝ rex nō erat capax sicut ius ꝑcipiendi decimas & hmōi: vel etiā qa multa fecerunt sancti ad supererogationem & maiorem ꝑfectionem ad quæ tamen non tenebanꝛ de necessitate salutis. sicut ꝙ Amb. prohibuit. Theodosium intrare ecclesiā ante publicam pœnitentiam factam. vel eū in choro stare & hmōi.

§. VII. TERTIO DE SACRAMEN

tis vel etiā sacramētalibus & vsu eoꝝ. vtrū fallitas aut fictio vel mutatio fieri debet ꝓpter scādalum vitādum? Et dicendū ꝙ nulla fictio vel abusus vel mutatio substantialis fieri debet. Vñ nūq̄ debet dari hostia nō consecrata. ne indigne accipiens ad iudicium sui sumat: qa ꝑ hoc nō euadit iudicium sumens & sacerdos mortaliter peccat. Sed si pc̄ōr est notorius negare debet quātūcūq̄ scādalizareꝛ: si occultus denegare nō debet. Similiter ꝓpter scandalū vitandum cōfitētis: qui si non absoluitur ꝓmittit se multa mala facturū. vt desperatū nō debet absoluere eum si non proponit se a mortalibus abstinere. Similiter nō debet qs ꝓpter quodcūq̄ scādalum vitādum vel suæ infamiæ vel alioꝝ turbationes celebrare in mortali existēs cōtritus & hmōi. De sacramētalibꝰ aūt licet dicāt Guil'. & Archid. ꝙ possit fieri fictio in eis ꝓpter vitandū scādalū: puta in aliquo monasterio de more est ꝙ cōsecrenꝛ virgines q̄ cōsecratio est quid sacramētale: in cuius officio illa q̄ cōsecraꝛ dicit se esse virginē & sic est ibi fictio seu mendaciū. Si hoc dicat dū consecratur quę occulte amisit virginitatem ꝙ si illa verba nō diceret vel nō cōsecrareꝛ vel habereꝛ ꝓ corrupta: & sic magnū scandalū & infamia sequereꝛ ei. Vñ dicūt præfati ad tollēdū tale posse fieri talem consecrationē cū illis verbis virginitatis. Sed Alb. & Tho. & Pe. de Pal'. in. iiij. asserūt cōtrariū. s. ꝙ hoc fieri nō debet: qa nec sacramenta nec sacramentalia ꝓpter vitandū scandalū debent mutari, sed pōt adhiberi quædā cautela ad tollendū scandalū: puta vt fiāt quę nō sunt de substātia veli virginalis: vt accēsio cādelaꝝ, & hmōi: mutatis his q̄ sunt de substantia veli virginalis: verba. s. quę dicunꝛ in impositiōe veli mutato noīe virginitatis in nomē castitatis. Satis cōcordat Host. & Gof. ꝑ id quod habeꝛ eꝝ qđ me. cau. c. j. Nomē virginitatis cōgruere pōt corruptę. si cōtinēs sit. Mutatio in sacramētis quo ad substātialia fieri non potest propter scādalū vitandū vel alia de causa: etiam ex dispensatione papę: qa ipsa sunt de institutione diuina. Posset aūtē fieri in his quę nō sunt de substātia ipso dispēsante vt circa ritus eoꝝ. Dispensauit aūt Greg. in quodā loco ex necessitate. s. propter carentiā episcopoꝝ ꝙ simplices sacerdotes possent chrismare seu sacramentum cōfirmationis cōferre ad tollēdum scādalū: vt patet dist. xcv. c. ꝑuenit. quod de iure cōmuni fieri nō pōt: vt ibi subditur in. c. sequenti. & glos. & beatus Tho. in. iiij. In quo solus Papa dispēsare potest. & non alius: al's non esset ibi sacramentum confirmationis si per alium fieret q̄ per episcopum ſm Tho.

Vtrū fictio debeat fieri in sacramentis ad scādalū vitandum?

In sacramentalibꝰ ad Vitādū scādalū pōt fieri fictio

¶ De blasphemia. i. maledictione quæ fit multipliciter cōtra deum vel creaturas. Cap. V.

BLASPHEMIAM PONIT Greg. in lib. moral'. esse filiā iræ. Et sumiꝛ hic blasphemia ꝓ maledictiōe: prout etiā vulgariter sumiꝛ. Pro cuius declaratiōe. b. Tho. dicit ij. ij. q. lxxvj. ar. j. ꝙ maledicere idē est ꝙ malū dicere. Dicere aūt tripl'r se habet ad id qđ dr̄. Vno modo per modum enūtiatiōis: sicut aliquid exprimitur modo indicatiuo. Et sic maledicere nihil aliud est q̄ malū alteriꝰ referre qđ ꝑti

Universidad del Rosario Archivo Histórico

net ad detractionē vñ detractores qñq; maledici dicũtur. Sic sumit Leui.xix. Surdo nõ maledices.i.absenti non detrahes.&.xj.q.iij.in cũctis. Vbi dicit Greg.scribēs cuidam ẽpo infamato iniuste. Sanctitas vestra debet mētē suam a maledicoꝝ rumorib⁹ hoim atq; obtrectatiõib⁹ disiũgere: & sola q̃ internę vitæ sunt atq; vtilitati subditoꝝ ꝓficiũt cogitare. Sic etiam sumit dist.xlvj.clericus. Clericus maledicus cogat ad postulādũ veniā. Scd'o mõ dicere se habet ad id qđ dr̃ p modũ causę. Et hoc qdē primo & principalr̃ cõpetit deo q oĩa suo vbo fecit. ſm illud Põ. Dixit & facta sunt. Cõsequēter cõuenit hoib⁹ q verbo suo alios monēt per imperiũ ad aliquid faciēdum. Et ad hoc instituta sunt verba imperatiui modi. Et isto modo cũ iudex ꝓfert sententiā pœnæ in aliquem vel cũ prelatus eccl'iæ excõicat aliquē illũ maledicit. Si ergo hoc facit sub rõne boni.s.iustitię vt pct̃m puniat vt iustitia dictat: sic maledicere nõ erit pct̃m nec ꝓprie maledictio: qa intētio ei⁹ nõ fert ad malũ sed ad bonũ. Si vero sub rõne mali faciat intēdēs malum illius q condēnat inquātũ malũ. sic maledicere.i.excõicatione inferre: vel aliā sniam pœnę spũalis vel temporalis erit pct̃m mortale: qa cõtra charitatē & iustitiā. Sic sumit xxiiij.q.iij.§.ipse dñs. De hoc etiā Aug.dicit.q.ea.deus q bus. Deus qb⁹ maledicit meritũ eius designat cui maledicitur & sentētiam ꝓmit: vtpote quæ nõ fallit: neq; q̃litas peccati: neq; peccātis affectus. Hoc aũt q hoc nõ potest scire, nec propositum mētẽq; alterius videre aut cognoscere põt. Idcirco etiā si iudicantis vel sentētiā promentis intuitu ꝓferat maledictũ: nõ potest esse maledicendi causa vbi ignorat peccātis affectus. Hæc ille. Vult dicere ꝙ non põt quis iuste cõdēnare de pct̃õ occulto: q̃uis em̃ peccantis affectus in se nõ videat sicut nec cor hois: tñ pcipi põt ex aliquo manifesto pct̃õ ꝓ quo pœna infligēda eēt affect⁹ ei⁹. Similiter q̃uis sciri nõ possit qs sit maledict⁹ a deo ſm finalē reprobationē: tñ sciri põt quis sit a deo maledict⁹ ſm reatũ vitæ p̃sentis. Tho.vbi.s. Tertio dicere se habet ad id qđ dr̃ vt exp̃ssio q̃dā affect⁹ desiderātis id qđ verbo exprimit. Et ad hoc sunt instituta verba optatiui modi. Facere aũt aliquid & velle illud se cõsequunt in bonitate & malitia. Et sic maledicere aliquē.s.optādo ei malũ nõ ob aliquod bonũ: sed ob malũ eius est peccatũ. Et de hac inqt Augu. Humanũ vitiũ tũc scit maledicta proferre cũ forte cõuitijs aut iniurijs prouocat. Quod vitiũ volens resecare Apl's: ne maledicta maledictis & cõuitia cõuitijs prouocemus mādatũ necessariũ posuit vt benedicamus quo cõuitiandi vitiũ resecetur: nõ quo ad iudicādi veritas q̃ hoies latet & ꝓnũtiādi auctoritas perimat. xxiiij.q.iij.c.deus q. Ponit aũt Apl's hoc Roma.xij. vbi ait. Bñdicite & nolite maledicere. Sicut & de xp̃o dicit Pet.in.j.canoñ.ij.ca. Cũ malediceretur non moledicebat: cum pateretur non cõminabatur. Et de hac hic agitur quæ cõiter ꝓcedit ab ira. Et posset sic diffiniri ꝙ est imprecatio seu appetitio alicuius mali contra aliquem per verba expressa.

§. I. DE MALEDICTIONE IN-

quit Psalmista loquēs de iniquis. Quoꝝ os maledictione & amaritudine plenũ est. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infœlicitas in vijs eoꝝ. Põ.xiij. Vbi tria notantur.

¶Primo describit maledictionē ꝓut est vitiosa: ibi. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.

¶Scd'o ponit affectionē ꝓut est pnitiosa: ibi. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

¶Tertio subdit consecutionem prout est angustiosa: ibi. Contritio & infœlicitas in vijs eorum.

Quantũ ad primũ. Intātũ maledictio est vitiosa inquantum habet secum amaritudinē rancoris & iræ. Et ideo adiungit maledictioni amaritudinem. Pedes sunt affectus q sunt veloces.i.prompti ad effundendum sanguinē.i.ad rixas: vel ad multiplicandum peccata. Demum in vijs.i.ꝓ operibus eoꝝ. contritio.i.magna tribulatio in p̃senti & infœlicitas dānationis in futuro eis erit si non pœnitent.

triplex maledictio irę.

Notandũ ꝙ est triplex maledictio ex ira vel odio procedens in qua reperitur peccatum.

¶Prima est contra naturam diuinalem.

¶Secunda est contra creaturam intellectualem.

¶Tertia est contra facturam irrationalem.

§.II. PRIMA QVAE EST CON-

tra naturam diuinalem quæ etiā includit blasphemiā est cũ qs maledicit deũ. Imprecat em̃ ei malũ acsi esset creatura: qđ tñ ei non potest conuenire: & sic continet blasphemiā. Hoc aũt semper est mortale cum perpēdit se maledicere: nec excusatur ꝙ ex subita ira hoc facit: vel ex more, sicut nec excusaretur ab homicidio, & cõsequenter a pœna mortis si quis ex impetu iræ hoc ageret. Põ.xxxvj. Maledicentes ei.i.deo disperibunt.i.diuersis modis peribũt: quia quo ad animam morte gehennæ in alia vita: & in præsenti pœnis varijs corporis. Leuit.xxiiij. Qui maledixerit deũ suum morte morietur.s.corporali. Ostenditur autem grauitas huius maledictionis tripliciter.

Grauitas blasphemię

¶Primo quia nominari proprie a sanctis refugitur.

¶Secundo quia puniri seuere statutis præcipitur.

¶Tertio quia exerceri sæpe a damnatis reperitur.

Tantum habetur horrori istud vitiũ.s.maledicere deum ꝙ virtuosi viri nõ audēt ipm vitiũ ꝓprio noie nũcupare: sed p contrariũ nominando bñdictionē ꝓ maledictione. vt patet Iob.j. vbi dicit: ꝙ in capite hebdomadę mittebat Iob ꝓ filijs & sanctificabat eos sibi admonēdo & corrigēdo de vitijs siue offerēdo ꝓ eis sacrificia. Et subditur. Dicebat em̃.s.Iob. Ne forte peccauerint filij mei & benedixerint deo.i.maledixerint. Sic etiam qñ falso accusauerunt testes Naboth de blasphemia seu maledictione dixerũt contra eum. Bñdixit Naboth deo & regi.i.maledixit.iij. Reg.xxj. Quinimmo audientes Iudæi deum blasphemare: etiam q mali erāt: in signũ horroris & detestationis dilacerabāt vestimēta sua: sicut dr̃ de Caypha põtifice: sed pessimo: ꝙ scidit vestimēta sua cũ dixit de christo. Blasphemauit. Matt. xxvj. Nec mirũ: videt em̃ hoc ꝓcedere de odio ad deum. Odiũ autē dei est maximũ pct̃oꝝ. Et mirũ est ꝙ terra non absorbet tales ꝓpter tm̃ scelus. Secũdo ostēdit grauitas ex punitione legum. Omnis lex mādat tales puniri grauiter. Et lex diuina morte corporali iubet hmõi puniri. Vñ populo dei ambulante p desertum ad terram ꝓmissionis inuētus fuit vnus deũ maledixisse: de quo mādauit dñs a populo lapidari. vt habet Leuit.xxiiij. Lex canonica iniũgit asperā pniam. e.c. de maledi.c.ij. Ibi ponitur talis pœna: ꝙ q maledixerit deũ vel beatā virginē vel sanctos debet septē dñicis dieb⁹ stare in foribus ecclesię dũ dr̃ missa: ita ꝙ in vltimo stet sine pallio & calciamētis & corrigiā habeat ad collũ & ꝙ præcedentibus sextis ferijs ieiunet in pane & aqua: & nõ ingrediat ecclesiā. Et quolibet dictoꝝ dieꝝ reficiat tres vel duos si nõ posset tres vel saltē vnũ: & si ad hoc nõ suppetant ei⁹ facultates: id in pœnā aliā cõmutet.

Leges ciuiles atrociter puniũt blasphematores per aut. ale. aꝝ vsus §. fi. C. de relig. & sup. fune.

Et si prædicta renueret sustinere: debet interdici ingressus ecclesiæ: & in obitu carere sepultura. In foro tñ pœnitētiæ nõ oportet illā iniũgere: sed arbitraria est sicut ꝓ alijs peccatis ſm Goff. Si vero ĩ iudicio eccl'iastico ꝯuinceret: talis pœnitētia posset imponi & ad illā cogi. In oĩ etiā ciuitate bñ regulata statutis ponit pœna pecuniaria: vel alia ꝯtra maledicētes deũ. Et officiales in talib⁹ locis q omittũt ex negligentia tales punire grauiter peccāt. Vñ Grego. Consentire videt errāti qui ad resecāda quæ corrigi debēt non occurrit. dist.lxxxiij. cõsentire. Vñ tales puniendo & lucrũ tpale iustissime acqrũt: qa cõiter pars talis pecuniæ in pœnā solutę est rectoꝝ & accusantiũ: & magnũ meritum sibi acquirũt corā deo. Ipsi ēt Sarraceni maledicētes deũ faciũt terribiliter verberare. Tertio ostēdit grauitas eius ex hoc ꝙ est exercitiũ eoꝝ qui sunt in inferno. Nõ aliud opus ibi exercent nisi blasphemare deum & maledicere. sicut dicit Io. in Apoc.xvj. de eis ꝙ manducauerũt linguas suas præ dolore, blasphemauerũt deũ viuētē qui habet potestatem sup has plagas.s.affligēdi eos. Qui ergo hoc vitio detinet ostendit se ptinere ad statum dānatoꝝ ex quo exercet artē eoꝝ. Terribile est & valde formidādum exēplũ qđ inducit Greg.in.iiij.dial.de quodā puero quinq; annoꝝ: qui a parentib⁹ suis ciuibus Romanis in delicijs male nutritus consueuerat ꝓ quolibet minimo deum maledicere. Et cũ superueniēte peste in vrbe illa puer infectus esset: patri tenēti eũ ĩ brachijs cœpit puer clamare. Obsta pater. Mauri hoies me capere volũt. Faciemq; suā abscõdere in sinu patris quærebat: nę.s.illos videret dæmones qui apparuerũt in forma Ethiopum: nil tñ pater videbat. Sicq; exterritus puer deũ blasphemauit: inter quæ verba vltimũ spm̃ exhalauit: ductus a dæmonijs in infernũ dānatoꝝ quorum officiũ ita cito didicerat. Et licet in tam tenera ætate infantuli non soleat quis vsum rõnis habere. credēdum est ſm Tho.in.iiij.in eo vsum rõnis acceleratũ fuisse: sicq; ꝓpter pct̃m maledictionis dānationem æternam meruisse: multiq; alij deum maledicendo in ludis vel alijs actibus a dæmonibus fuerunt arrepti: & terribiliter vexati. Quorũ os maledic.&c. Contritio & infœlicitas &c.

De puero dānato ĩ qnto anno ob blasphemiam.

Sanctos blasphemare vl' ãgelos ē peccatũ mortale.

§. III. SECVND'A MALEDICTIO

est cõtra creaturā intellectualē: & hæc est cœlestis, infernalis & terrestris. Siqs aũt maledicit aliquē sanctoꝝ vel angeloꝝ: nullũ dubiũ ꝙ mortalr̃ peccat: qa sicut honor q fit sctis redundat in honorē dei q sctĩficat eos: ꝓpter qđ dicit Põ. Gloriosus de⁹ in sanctis suis.s.apparet: ita iniuria q̃ fit sanctis: vt maledictio, blasphemię, dehonorat deus. vñ & e.: de maledi.c.j. puniri iubētur maledicētes sanctos. Creaturā infernalē vt diabolũ ipm maledicere inquātũ creaturā, seu ſm naturā nullo modo licet: qa ipse ſm naturā bonus est sicut & q̃libet creatura. Scd'm culpā vero & malitiā q̃ in eo est maledici põt: qđ nõ ē aliud nisi detestari culpā ei⁹. Vñ dr̃ Iob.iij. Maledicāt ei.s.nocti culpæ originalis qui maledicũt diei.i.diabolo.s.sancti viri. Nec est ꝯtra qđ dr̃ Eccl'i.xxj. Cũ maledicit impi⁹ diabolum maledicit aiam suā. qa ſm Tho.vbi.s. cũ maledicit pct̃õr diabolũ ꝓpter culpā: qa aliter maledicēd⁹ nõ est: simili rõne ostēdit se maledictiõe dignũ cũ in culpa maneat: & sic dr̃ maledicere aiam suam. Ex leuitate aũt vel ira hoc agere pct̃m est: sicut communiter accidit. Vnde & abstinere ab hoc docemur exēplo archangeli de quo dr̃ in ep'la Iudæ. Cũ altercaretur Michael cum diabolo de corpore Moysi: non ausus fuit in eũ iudicium inferre blasphemię: sed ait. Increpet te deus. Vbi Hiero. Si ergo Michael non fuit ausus diabolo & certe maledictionis dignissimo iudiciũ inferre blasphemię: quanto magis nos ab omni maledicto puri esse debemus. Merebatur quidem diabolus maledictum: sed per os archangeli blasphemia exire non debuit. xxiiij.q.iij.si igitur. Altercatio autem illa in hoc fuit: quia diabolus quærebat inueniri corpus Moysi: vt.s.eos induceret ad idolatriam per nimium cultum eius: sed angel⁹ prohibebat inueniri ad subtrahendum eis occasionē superstitionis: qđ & factũ est.s.vt nõ inueniretur. Creatura intellectualis terrestris est vt hõ cui cũ malũ optari non debet inquantum malũ: ita etiā nec maledici cũ sit factus ad imaginē dei. Cõtingit autem ex causa triplici hominem maledicere.

Adde ꝓ hoc tex. ĩ. c. q̃lis xxv.di. & nota. ĩ. l. siqs cũ militib⁹. C. ad le.iulia. maiestia. & ĩ.l.j.C. de reb. cred. & iureiur.

¶Ex conformatione dei & amore iustitię.

¶Ex deliberatione & liuore vindictę.

¶Ex subreptione vel correptione nequitiæ.

Primo igit cũ qs maledicit alicui cõformādo se voluntati diuinæ quā videt velle aliquod malũ illius hois ex instinctu spũsancti: tũc nõ est pct̃m ſm Tho.vbi.s.arti.j. Et hoc mõ Petrus Apl's maledixit Simoni Mago dicens. Pecunia tua sit tecũ in pditionē. Act.v. Et Paulus maledixit Elimę Mago. Percutiet te deus cæcitate fili diaboli. Et Helisæus maledixit pueris deridentibus eum in noie dñi: vnde secuta est deuoratio eoꝝ ab vrsis.iiij.Reg.ij. Et Noe maledixit Chanaā filio Cham ꝓpter derisionē factā sibi a dicto Cham. Geñ.ix. Eadē rõne oēs maledictiões q̃ imprecatę sunt a sctis ꝓphetis ꝯ pct̃õres: vt illud. Duplici contritione cõtere eos dñe deus noster. Et illud Gene.xxvij. Qui maledixerit tibi maledictionibus repleat. Et in Põ.cviij. Deus laudē. vbi imprecantur multę maledictiones cõtra Iudā vel populũ Iudaicũ. Possunt etiā hmõi imprecationes intelligi p modũ ꝓpheticæ prænũciationis ſm Tho. & tunc exponitur p̃sens imperatiui vel optatiui ꝓ futuro indicatiui. vt illud. Contere eos.i.conteres. maledictionibus repleatur.i.replebitur. In Põ. Deus laudē. Constitue super eum peccatorē.i.cõstitues &c. Similiter cum aliquis maledicit alicui optando ei aliquam egritudinem vel aliquod impedimētũ: nõ ꝓpter aliud nisi vt p hoc bonus efficiat vel ab alioꝝ nocumēto cesset: põt esse sine pct̃õ. Vñ Greg.in.iij.Moral'. Cũ sancti viri maledictionis sententiā ꝓferũt: nõ hac voto vltionis: sed ex iustitiæ examine promũt. xxiiij.q.iij.cũ scti. Scd'o ꝓfert aliqñ maledictio ex liuore vindictę: & h' est mortale pct̃m cũ.s.maledicit aliquē optādo ei deliberate aliqđ malũ notabile nõ nisi malum puta ob odiũ: vel vindictā: vl' inuidiā & hmõi: puta cũ dicit mors occidat te. Talis vl' talis ĩfirmitas tibi accidat: pestis vel febris: vel incisa sit tibi manus: vel pes frāgat: vel diabolus habeat aiam tuā &c. Et de hac intelligitur dictũ Apl'i.j.Coꝝ.vj. Neq; maledici regnũ dei possidebũt. Nullus aũt excludit a regno nisi ꝓpter mortale. Et rõ hui⁹ est ſm Tho.ij.ij.q.lxxvj.ar.iij. qa velle alicui malũ ſm se repugnat charitati qua diligim⁹ ꝓximũ volētes ei bonũ. Et iõ ſm genus suũ est mortale. Et tāto grauius quāto personā cui maledicimus magis diligere & reuereri debemus. Vñ dicit Leuit.xx. Qui maledixerit patri vel matri morte moriat. Et multo grauius videt peccare cum ex deliberatione maledicit aiabus parentum iam defunctoꝝ. De prælatis etiā specialiter dicit. Principē ppl'i tui nõ maledices. Hinc Greg.in.iij.moral'. Maledictũ qđ scriptura cõdēnat est qđ nõ iudicio iustitię: sed liuore vindictæ ꝓmitur. xxiiij.q.iij. cũ sancti. Sed ita miserabiliter abũdat hoc vitiũ in mũdo vt merito posset dici illud Zachariæ ꝓphetæ. Nõ est veritas in terra: nõ est mia: sed maledictũ furtũ adulteriũ inundauerunt. Et sic hoꝝ os maledictione & amaritudine plenũ est &c. Tertio ꝓfert maledictio ex subita ira sine deliberatione: & quasi causa correctionis vt talis terreatur: vt quotidie faciũt parentes erga filios: magistri erga discipulos: & dñi erga seruos: q tñ nõ optāt illis illa mala. Et hoc ſm Tho.vbi.s. est veniale: qa pct̃ā verboꝝ maxime ex affectu iudicantur. Et Aug. de igne purgatorij dicit ad minuta.i.venialia ptinere cũ oĩ facilitate & temeritate maledicimus. dist.xxv.§.al's eadē. q̃uis aũt hoc nõ sit graue peccatũ tñ ab hmõi abstinēdũ. Vñ Hiero. Qui negligũt oris maledicti cõsuetudinē resecare etiā si nõ corde maledicāt: tñ immũditiā labioꝝ & inqnamēta oris incurrũt. xxiiij.q. iij.q negligũt. Quātũ aũt deo displiceat & filijs noceat maledictio parētũ erga filios ondit Augu.in lib.de ciui.dei.p exēplũ illi⁹ mulieris viduę q̃ in ciuitate Cappadocię habitans decē filios habebat. Et cũ vna dieꝝ ex aliquo ope eoꝝ ĩ ei displicēte eos maledixisset oēs effecti sunt in toto corpore tremuli ita vt oĩm aspect⁹ ad se traherēt. Ex qb⁹ duo s. Paulus & Paladia dicti venientes ad ciuitatē Hipponēsem vbi præsulabat Aug. orātes ad altare beati Stephani vbi erāt reliquiæ eius: miraculose sanati sunt. Sicq; ex indiscreta maledictione mater in filijs & ipsi ad hoc prouocantes matrem puniti sunt. Quoꝝ os maledictione &c.

blasphemat hõ ex vindicta.

blasphemat hõ ex ira.

§. IIII. TERTIA MALEDICTIO

est contra creaturas irrõnales ꝓut dñs dixit Geñ.iij. Maledicta terra in opere tuo in pœnam hois. Pro cuius declaratione dicit.b.Tho.ij.ij.q.lxxvj.art.ij. Maledictio creaturæ irrõnalis põt fieri tripliciter. Vno mõ ad creatorē referendo inquātũ.s.est creatura dei: & sic illicitũ est & pct̃m blasphemię: vñ & mortale. hoc em̃ est detestari deũ in illo opere suo. Scd'o mõ ad ipsam creaturā respiciendo ſm se consideratā: vt qa aliquod brutũ nõ mouetur vt vult: vel nocet sibi & hmõi: ex quo irascit appetēs ei pœnā: sed hoc est vanũ seu otiosum: vñ & pct̃m veniale. Maledictio em̃ licita videt esse præcipue inquātũ respicit pœnā. Pœna aũt respõdet culpæ. Vñ cũ creatura irrõnalis non sit susceptiua culpæ nec pœnæ: ideo vanũ est ſm se ipam maledicere & tñ hoc mõ fit frequētissime. Quoꝝ os maledictione &c.

Creaturę irrõnalis tripl'r maledicit.

Tertio modo ad hoiem referēdo ad quē ordinat. Omia em̃ fecit deus ꝓpter hoiem. Aug. Et sic benedictio & maledictio ad illā rē pertinet ꝓprie cui põt aliquid bñ vel male contingere.s.rõnali naturę. Creaturis aũt irrõnabilibus bonũ vel malũ dicit cõtingere in ordine ad creaturā rõnalē propter quā sunt ordinatę. Sũt autem ordinatę ad eam tripliciter. Vno mõ p modũ subuentionis inquātũ creaturis irrationabilibus subuenit necessitati humanæ. Et hoc modo deus maledixit terrę: vt p eius sterilitatē hõ puniretur. Dñs etiā iussit vt sex ex tribub⁹ Israel stātes sup montē Gebal deberēt imprecari multas maledictiões trāsgressoribus legis: & ecõtrario aliæ sex trib⁹ stātes super mõtē Garizin imprecarētur bñdictiones multas obseruatorib⁹ legis ad innuendum (vt dicit Hiero.) ꝙ quidā legē obseruāt dei timore punitionũ, & quidā amore p̃mioꝝ. xxiiij.q.iij.cũ ergo. Et inter cæteras maledictiones dicit Deute. xxviij. Maledictũ horreũ tuũ: vt.s.p penuriā victualium punirent. Et hoc mõ maledicere creaturæ irrõnali ex maleuolētia.s.ob possessorē ei⁹: vt sic ex carētia illius creaturę irrõnalis ꝓximus dānificet notabiliter: vt p mortē equi: bouis: ruinā domus & hmõi: esset mortale: qa cõtra charitatē. Scd'o modo ordinatur creatura irrõnalis ad rationa-

Creaturę irrõnales tripl'r ordinant ad hoiem.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

lem per modũ significationis:inquantũ.s.ea quæ contin gũt circa rõnabilia figurãt quę moraliter eueniũt vel eue nire pñt hoibus.Et sic dñs maledixit ficulneę cum.s.accedẽs ad eam esuriẽs nõ inuenit fructus sed tñ folia: ex qua maledictione radicit⁹ arefacta est.Mat.xxj.ad significandum populũ Iudęorũ:ad quẽ dñs veniẽs incarnat⁹ esuriens.i.desiderãs salutẽ eius:qa nõ inuenit fructus fidei:sed tñ folia cęrimoniarũ obseruatiõis reprobauit grãm sub trahẽdo.vñ nil fructus meritorũ ꝓducere põt.Significat etiã hoiem tñ bonis verbis ornatũ nõ operibus:a deo re probatũ per hoc nõ sibi fructificare.Sic & mõtes Gelboe maledicti sunt a Dauid:vt nec ros nec pluuia stillaret sup eos:vt habet.ij.Reg.j.ad significãdũ ꝙ in mõte superbiæ vbi corruerũt fortes Israel.i.angeli magni mali & primi parẽtes:nec ros gratię nec pluuia descẽdit a deo.i.supbis

De maledictione ficulneę.

Tertio modo ordinat creatura irrationalis ad rationalẽ p modũ cõtinẽtis.s.tpis vl loci.Et ꝓpter hoc põt itelli gi ad literã Dauid maledixisse mõtibus Gelboe ꝓpter cędem populi Israel quæ fuit facta a Philistæis i tali loco. Sic & Iob maledixit diei natiuitatis suæ dicens. Maledicta dies in qua natus sum &c.ꝓpter culpã originalẽ quã nascẽdo cõtraxit:& alias sequẽtes pęnalitates tali tẽpore Vñ Grego.in.iiij.moral ait.Nimis est incõgruũ vt suspi cemur Iob nullo instigãte:nullo pulsante ex impatiẽtia ad vocẽ maledictionis erũpere:quẽ nouimus inter dãna rerũ mortẽq filiorũ.inter vulnera corporis : inter verba male suadẽtis vxoris magna creatori pconia hũili mente reddidisse:dũ.s.ait.Dñs dedit dñs abstulit &c. Et iterum vxori.Si bona suscepim⁹ de manu dñi &c.Nõ ẽ ergo ma ledictio ei⁹ ira cõmoti : sed doctrĩa trãquilli.Dies ergo in qua natus est designat oẽ tps mortalitatis.i.deficiat tẽpus mortalitatis & appareat stat⁹ ęternitatis.Vel dies q optatur vt pereat:est diabolus q optat vt pereat:nõ qdẽ a glo ria quã iã perdidit:sed vt retrusus licẽtiã tẽtandi amittat. Hic quidẽ dies est p naturã bñ cõditus nox p meritũ:tene brosus dies cũ ꝓspera allicit:sed i noctẽ desinit: qa ad ma la trahit.Sub hac die & nocte hõ est concept⁹ & natus:qa sub potestate diaboli per peccatũ origĩale ex ipso ĩtrodu ctũ hõ cõcipitur & nascitur.vel dies peccati delectationẽ designat:nox mẽtis cæcitatẽ.Homo ergo in die nascit vl in nocte cõcipit:qa ad delectationẽ peccati nõ rapit,nisi prius p mẽtis tenebras infirmet.Sed pereat dies.i.delecta tio peccati vigore iustitiæ destruatur.& nox.i.quod cæca ta mens per consensum perpetrat,pœnitentia extinguat. Dies vertat in tenebras:vt qd in exordio delectatiõis ad quẽ finẽ perditionis rapit videat & p pœnitẽtiã cruciet. Qd si ita punita est nõ requirit eã deus in iudicio vt puniat.Hæc ex dictis Greg.sed abbreuiata.Sed btũs Tho.su per Iob tractãs hunc passum ſm lrãm sic ait.Intelligendũ est Iob diei suę maledixisse:qa eũ eẽ malũ denũtiauit non ſm suã naturã qua a deo factus est:sed ſm illam scripturæ cõsuetudinẽ qua dicit tẽpus bonũ vel malũ ſm ea quę in tẽpore agũtur.ſm illud Ephes.v.Redimẽtes tempus qm dies mali sunt.Maledixit ergo diei suę inquãtũ malum in illa die accidisse cõmemorat.Quõ aũt maledixerit ei sub ditur.Pereat dies in qua dictum est natus est homo.Vbi sciẽdũ ꝓ licet esse & viuere sit ſm se appetibile:tamẽ esse & viuere i miseria est fugiendũ ſm ꝙ hmõi:licet interdũ esse in miseria libẽter sustineatur ꝓpter aliquem finẽ bonũ.Vñ illa miseria vitæ quę nõ ordinat ad aliquẽ bonũ finẽ nullo modo erit eligẽda.Bonũ aũt qd ex aliqua mi seria expectat sola ratio appręhẽdit:nõ aũt vis sensitiua percipit:sicut amaritudinẽ percipit gustus:sed sola ratio in fine sanitatis delectatur.Si qs aũt ſm passionẽ sui gustus vellet exprimere medicinã denũciaret eã esse malam: ꝗuis ratio iudicaret bonã ꝓpter finem. Sic ergo miseria quã sustinebat Iob ratione quidẽ videri poterat quãtum ad aliquid vtile eẽ:sed inferior pars animę q̃ tristitia afficiebatur aduersitatẽ totaliter repudiabat:vnde & ipm vi uere sub tali aduersitate onerosum erat.Quando autẽ aliquid nobis odiosum est:oĩa abominamur p quæ deueni mus in illud:Et ideo Iob ſm inferiorẽ partẽ animæ cuius passionem exprimere intẽdebat:& natiuitatẽ & cõceptio nem suã ex quibus in hanc miseriam venerat odio habebat:& p consequens diem natiuitatis & conceptionis ſm illum modũ loquendi quo ex his quæ in tempore aguntur aliquid ascribitur tẽpori bonum vel malum.Sic ergo

De maledictione quã Iob fecit.

ſm partem sensibilẽ vitã sub aduersitate repudiabat:vo lebat q se nũq natum vel cõceptũ fuisse. Et hoc est quod dicit.Pereat dies in q̃ natus sum.ac si diceret:vtinã nũq natus fuissem.Et nox in qua dictũ est.i.in qua dici potuit. vere conceptus est homo.i.vtinã nũq fuissem cõceptus. Cõuenienter autem natiuitatem ascribit diei:conceptionem nocti.quia ſm astrologos natiuitas diurna laudabilior est principali sydere.i.sole existente super terram. Conceptio autem de nocte frequẽtior est.Similis modus loquendi habetur Hiere.xx.vbi dicit Hieremias. Maledi cta dies in qua natus sum &c.Prosequitur autem singula tim de maledictione vtriusq diei.s.& noctis dicens.Dies illa vertatur in tenebras.Vbi sciendũ ſm Hierony.in ꝓlogo super Iob ꝙ ab illo loco.Pereat dies.vsq ad illum vbi ante finẽ libri dicit.Idcirco meipsum repręhẽdo.scriptus fuit liber iste in versibus hexametris.vnde & p modum poematis cõscriptus est.Vnde & p totum librũ hũc figuris & coloribus vtitur quibus Poetæ vti cõsueuerũt Poetę aũt vt vehementius moueant eandem sententiam per diuersa verba inducunt.Et ſm hmõi Iob ad maledicẽdũ diei suæ:ea inducit quibus solet nobis aliqua dies esse odiosa.Dignitas diei est claritas eius.Per hãc enim a nocte discernitur.Hanc autẽ dignitatem excludit cum dicit. Dies ista vertatur in tenebras.Et quantũ ad superficiem literę cũ friuola videtur & vana:quia iã præterierat dies natiuitatis & iam nõ erat:quod aũt præterijt immutabile est.Quõ ergo poterat sibi dies quæ prętererierat in tenebras conuerti?Sed sciendum ꝙ quędam p modum optãdi dicũtur ad exprimendum iudicium qd de re aliqua ha betur.Sic ergo dicit dies illa cõuertatur in tenebras:ac si diceret.Dies natiuitatis meę debuisset esse tenebrosus:vt congrueret tenebris miserię quã patior.Quia enim aspectus luminis delectabilis est:cõsuetum est in scripturis vt per tenebras tristitia significetur. Est autẽ dies clarus mul tipliciter.Primo ex dei sanctificatione qui eum celebrem instituit vt sabbatũ.Hanc claritatem remouet a prędicto die dicẽs.Non requirat eũ deus desuper.q.d.Non exigat deus ab hoib⁹ vt hunc diẽ celebrẽ agant:sicut aliqui dies exigũtur a deo ad celebrãdũ in memoria bñficiorꝫ.Vult ergo dicere ꝙ natiuitas sua non debet cõputari inter insignia dei beneficia cũ magis sit natus ad miseriã q̃ ad lætitiam.Secundo aliquis dies clarus dicitur ex bonorꝫ recor datione. Solent em̃ homines aliquos dies celebres agere in quib⁹ aliqua magna & iocũda acciderũt:sicut & Pharao diem natiuitatis suæ celebrauit.Hanc igitur claritatẽ excludit a dicta die dicens.Et nõ sit in recordatiõe hominum.Tertio dies clarus est ex corporali lumine.Quæ cla ritas aufertur ex subtractione radiorum solis illuminãtiũ terras:vt quando sol eclipsatur.Et quantum ad hoc dicit. Nõ illustret lumine.Vel ex oppositione nubium occultantium radios solis.Et quantum ad hoc dicit.Obscurent eum tenebræ.Quarto ex defectu visiuæ virtutis:dum em̃ quis moritur vel visu priuatur:sic ei aufert claritas diei. Et quãtum ad hoc dicit.vmbra mortis &c.Et inuoluatur amaritudine.Per hoc dat intelligere totum quod de obtenebratione dictũ est ad tenebras tristitię esse referendũ. Hunc enim morem obseruare videtur vt parabolicam lo cutionem ex aliquo sequenti exponat.Nihil ergo intẽdit dicere aliud nisi ꝙ dies natiuitatis suę non debet iudicari dies gaudij:sed meroris:cum per suam natiuitatem advitam tãtæ aduersitati subiectam deuenisset.Demum de no cte dicit Noctem illam &c.Ibi vide.

Cõcipit frequentius nocte q̃ dic.

Dies clarus multipliciter.

¶De contumelia. Capitulum. VI.

CONTVMELIA PONITVR

a Greg.in lib.moral.filia irę.Et ꝗuis oriat aliqñ etiã ex alijs vitijs:magis tñ directe & cõis ex ira.Et rõ est:qa finis irę est vindicta.Sed nulla vindicta magis ẽ in prõptu irato q̃ cõtumeliã inferre alteri.Aliqñ orit ex stultitia:ſm illud Prouer.xx.Oẽs stulti miscẽtur cõtumelijs.s.vel alijs eas inferẽdo vel cõtumeliã tibus se immiscẽdo.Sicut em̃ ira nõ audit pfecte rõnẽ:sed patit rõnis defectũ ſm Pħm:& iõ cõtumelias infert:eadẽ rõne stult⁹.Aliqñ orit ex supbia:ſm illud Prouer.xj.Vbi supbia ibi & cõtumelia.& hoc actiue & passiue:qa infert & recipit eas:& ħ est dispositiue.Et rõ ẽ:qa supbi ęstimãt alios inferiores se:ideo facilius ↄtẽnũt alios & alijs irascũtur:vñ

Finis irę est vindicta.

tur:vñ sequit contumelia.Potest aũt sic describi.Contumelia est expressio defectus alterius corã eo p verba ad ip sum dehonorãdũ.Vñ Isido.dicit in lib.Etymol.ꝙ contu meliosus est qui velox est & tumet verbis iniuriæ.Extẽso tñ noie qñq cõtumelia in factis iniuriæ dr.vñ glo.sup il lud Rom.j.cõtumeliosos dicit.Cõtumeliosi sunt q dictis vel factis iniurias & turpia alijs inferũt:vt si quis proijce ret lutũ vel sputũ in aliquẽ & hmõi.Est autẽ differẽtia inter ↄtumeliã,cõuitiũ,& improperiũ.Nã cõtumelia est cũ refert defectus culpæ alterius in vituperiũ eius:vt cũ vo catur qs fur,adulter,& hmõi.Cõuitiũ cum refert defectus culpæ vel pœnæ:vt cũ qs vocat sclauus,cæcus,mẽdic⁹, & hmõi.Improperiũ aũt importat defectũ minorationis cũ reducitur ad memoriã seruitiũ i necessitate collatum. Sępe tñ sumitur vnũ ꝓ altero:& noĩe contumelię vel etiã opprobrij quodlibet horum hic intelligitur.

Contumelia describit sic.

§.I. DE CONTVMELIA. PSAL.

lxviij.Propter inimicos meos eripe me.Tu scis improperiũ meũ:cõfusionẽ meã & reuerẽtiã meã.Loquit Ps.in p sona Christi:vt dicit glos.vñ petit liberationẽ a morte p resurrectionẽ ꝓpter inimicos:vt.s.cõuertant & pœniteãt de passione ei illata:in qua sustinuit improperiũ:cũ.s.Iudei dicerẽt.Blasphemauit & hmõi.ſm glo.qd pertinet ad cõtumeliã.Hiere.xx.Audiui cõtumelias eorꝫ in circũitu. Sustinuit cõfusionẽ.i.magnã pœnã ex illis cõtumelijs.ad Heb.xij.Sustinuit talẽ aduersus semetipm cõtradictionẽ. & ibi.Sustinuit crucẽ cõfusiõe cõtẽpta.Reuerentiã meã.s. ad deũ nõ recedẽdo a deo.s.p patiẽtiã.Sap.ij.Cõtumelia & tormẽto interrogem⁹ eũ & ꝓbemus patiẽtiã eius:& vi deamus reuerẽtiã eius.hæc oĩa tu pater scis.Potest etiam ſm glo.dici ꝙ hæc loquit christus in ꝑsona mẽbrorꝫ suorũ ꝓ quibus petit liberationem.Vbi tria notantur.

¶Primo oñdit cõtumeliã illatã:ibi. Improperiũ meum.

¶Scd'o innuit pœnã inde causatã:ibi.cõfusionẽ meam.

¶Tertio subdit cõgruẽtiã seruatã:ibi.& reuerẽtiã meam.

§.II. QVANTVM AD PRIMVM

ibi ponit improperiũ ꝓ cõtumelia:vt patet ex glos.Vbi ad sciẽdum qñ est pctm̃ & quale.Nota ꝙ contumelia põt inferri triplici intẽtione:& ſm hoc iudicandũ est de ipsa.

¶Primo animo.s.corrigendi.

¶Secundo animo.s.solatiandi.

¶Tertio animo.s.iniuriandi.

Cũ ergo cõtumelia ꝓfert aĩo corrigẽdi in se nõ est peccatũ:sed meritoriũ.Cui⁹ rõ est:qa sicut licet aliquẽ causa correctionis verberare vel in pecunia cõdẽnare:sic ẽt potest zelo correctiõis ↄtra aliquẽ verbũ cõuitij dicere. Qd patet exẽplo christi q dixit discipulis eũtibus in Emaus. O stulti & tardi corde ad credẽdũ.Luc.vl.Et exẽplo Pau li q dixit.O insensati Galathę:qs vos fascinauit euangelio non obedire?ad Gal.iij.Raro tñ ex magna necessitate & vtilitate & cũ moderatione hmõi obiurgationes sunt faciẽdæ.vt dicit Aug.& pręcipue a verbis cõtinẽtib⁹ tur pia abstinẽdũ:vt meretrix & hmõi quæ sine pctõ dici nõ pñt. Scd'o cũ profert cõtumelia seu cõuitiũ aĩo solatian di:tũc si talia nõ sunt in detrimẽtũ honoris alicuius est veniale pctm̃:vt vocãdo cæcũ,stultũ,& hmõi.Si vero ex le uitate vel ludo ꝓferret verbũ qd esset ↄ honorẽ alterius vel de quo æstimare posset ipm notabiliter irasci & odiũ incurrere vel aliud graue pctm̃:non excusaret a mortali: etiã si hoc nõ intẽderet:sicut cũ qs ludens cũ alio grauiter offenderet vsq ad mutilationẽ & hmõi nõ careret morta li culpa.Ludus em̃ noxius est in culpa.Q̃uis em̃ ad eutro poliam seu vrbanitatẽ ptineat dicere aliquod leue conui tiũ:nõ tñ vsq ad dehonorationẽ vel cõtristationẽ ei⁹ de quo dr:sed magis causa delectatiõis & iocivel leuitate lo quẽdi obseruatis debitis circũstãtijs:al's ibi esset peccatũ. Et ideo cauendũ est semp a cõuitijs & cõtumelijs. Tertio cũ ꝓfert aĩo iniuriãdi vel vlciscendi:aut dehonorandi.& sic est mortale ſm Tho.ij.ij.q.lxxij. art.ij. Ratio hui⁹ est: qa notabiliter lædit ꝓximũ:& sic facit ↄtra iustitiã & cha ritatẽ.Nõ em̃ qs amat min⁹ honorẽ suũ q̃ diuitias tẽpora les:sed plus.Sed auferẽs substãtiã peccat mortalr,vel etiã intẽdẽs auferre:ergo multo magis intẽdẽs auferre honorem.Verba em̃ p quę infert cõtumelia quãtũ ad suã essen tiã.i.inquãtũ sunt quidã soni audibiles:etsi nullum nocu

Contumelia fit aio corrigẽdi.

Aio solatiãdi.

Adde.l.nãlud⁹.ff.ad le.aquiliã

Aio iniuriãdi.

mentum inferant nisi forte grauando auditũ cum nimis alte quis loquit:tñ inquãtũ sunt signa repręsentãtia aliqd in notitiã aliorꝫ sic possunt multa dãna inferre:inter q̃ est ꝙ homo dãnificet quãtũ ad detrimẽtũ honoris & reuerẽtiæ sibi ab alijs exhibẽdæ:vñ & maior ↄtumelia est & grauius pctm̃:vt si aliqs dicat defectũ suum corã multis:& tñ etiã sibi dicẽdo põt esse contumelia inquãtũ ipse qui loquitur loquẽtis reuerẽtiã ↄgit. Probatur hoc idẽ.s.contumeliã esse mortale auctoritate.Nã Christus dicit Matt.v. Qui dixerit fratri suo fatue.quod.s.ptinet ad contumeliã: reus erit gehẽnæ:q̃ nõ debet nisi ꝓ mortali:& itelligit cũ hoc dicit intendẽs dehonorationẽ. Apostolus etiã Rom. j.dicit.Digni sunt morte.s.ęterna qui faciũt peccata enumerata ibi inter quæ ponit cõtumelia.& Clemens.Dãna tione sunt digni qui patribus legatione dei fungentibus contumeliam inferunt.ij.q.vij.c.qualis.

§.III. QVANTVM AD SECVN-

afflictio iſta in ꝓſperis ꝓximi eſt defect⁹ oĩs bonę cõditionis & virtutis. vñ & malis plena. Vñ Ouid'. eius peſſimas cõditiones exprimẽs in.ij. Metamorpho. dicit primo ꝙ ei⁹ domus eſt ĩ imis: q̄a.ſ. in inferno manet. Vnde Gre. in lib. dial'. Antiquus hoſtis vnde bonos cernit niteſcere ad gloriam inde peruerſos in inuidiam rapit ad pœnã. Scd'o domus eius eſt in vallib⁹ nigris q̄a.ſ. abſq̄ puritate. Omne em̃ peccatũ ponit ſe inuidus ad perpetrandũ: ſicut fratres Ioſeph ex inuidia eũ vendiderũt & occidere prius quęſierunt. Tertio caret ſole: quia.ſ. veritatẽ non agnoſcit ſicut in figurã de Heli ſummo ſacerdote dicit̃ ꝙ lucernam dñi videre nõ poterat: ſicut inuidi ſacerdotes Iudæorũ nõ potuerũt videre.i. intelligere lucernã dñi.i. legẽ q̄ de Meſſia plene loquebat̃. Lucerna eſt lex ing̃t ſapiẽs: Quarto non habet ventũ: q̄a nõ habet ſucceſſus fœlices & nunq̄ finit̃. Cyprianus. Mala cętera finẽ habẽt: inuidia nõ habet terminũ vt notat Petr⁹ Comeſtor. Cũ Herodes Agrippa Romę exiſtẽs ĩcarcerat⁹ fuit a Tyberio Cęſare: ipſo mortuo Cai⁹ ei ſuccedẽs in iperio eduxit eũ: & ſublimauit in regẽ dãs ei duas tetrarchias ꝓpter q̄d Herodes filius magni Herodis qui cũ vxore ſua Herodia multũ cõpaſſi ſũt incarcerato: & laborauerũt ad liberationẽ eius & poſtea inuidere cœperũt: & cũ q̄ſiſſent ei p̄ferri exilio Lugdunũ deportati ſunt. Quinto hæc dom⁹ inuidię ſemp eſt frigida: q̄a ſemp caret igne charitatis de quo dñs ait. Ignẽ veni mittere in terrã: cum oppoſita ſit charitati. Sexto abundat caligine: q̄a perſuadet ſibi mala.i. ſemp peius habere q̄ ꝓxim⁹ etiã ſi fœlicior ſit ꝓximo videt̃ ſibi min⁹ habet̃. vñ Ouid'. Fertilior ſeges eſt alienis ſemp in aruis.ſ. reputatur ex inuidia. Septimo pallor ſedet in ore.ſ. inuidi: q̄a ſemp detrahit bonis operib⁹ diminuẽdo vel negãdo vel deprauãdo: ſicut Datã & Abyron detrahebãt Moyſi ĩuidẽtes ei de pricipatu. Nume.vj. Octauo eſt macies in ĩuido: q̄a eſt mater auaritię & parcitatis. Nõ em̃ vult alijs cõicare bonũ q̄d habet ſciẽtię vel ĩduſtriæ ne ali⁹ æquet̃ ſibi. Vñ & Chryſ. dicit ꝙ ab hac ægritudine plura ſunt vitia: ab hac pecuniarũ cõcupiſcentia & principat⁹ amor & vana gl'ia nunq̄ recta acies habetur. Nono rubigine dẽtes.ſ. habet ĩfectos: q̄a eſt ĩfamatrix corrodẽdo vitã alienã. Nõ em̃ ſolũ diminuit bona aliorũ & negat: vt dictũ eſt.ſ̄. ſed etiã falſa imponit calũniãdo: ſicut rana maris de q̄ Auicẽ. ait. Cano.iiij. ꝙ eſt maligna inuadẽs aĩalia & ex longinquo currit ad ea vt mordeat: & ſi nõ põt mordere inſufflat v̄ſus ea vt noceat. de quo põt exponi illud Apo.xvj. Vidi de ore draconis: & de ore beſtię tres ſpũs ĩmũdos exiſſe ad modũ ranarũ. Decimo pectora felle virẽt. q̄a.ſ. ſemp cogitat malũ & iudicat praua de illo cui iuidet. De hac Gre. in moral'. Dũ electi ꝓficiũt reprobi ĩ rabiẽ furoris excitãtur & bona naſcẽtia quę nolũt imitari pſequũtur.ſ. ex inuidia. Vndecimo lingua eſt ſuffuſa veneno: q̄a.ſ. ſemp murmurat: vel de deo vel de p̄lato ꝙ dat alijs plus q̄ ſibi tãq̄ ptialis: hęc eſt beſtia q̄ habet tres ordines dẽtiũ: vt dr̃ Daniel'.vij. q̄a.ſ. de deo de p̄latis: & de parẽtibus

Inuidia finẽ nõ habet.

Inuidus marceſcit.

Inuidia eſt venenata.

& de parẽtibus murmurat. Duodecimo nunq̄ ridet.ſ. niſi de malo alieno: ſed vt dr̃ Ro.xij. Gaudere cũ gaudẽtibus: flere cũ flẽtibus.ſ. facit charitas. Tredecimo nunq̄ ẽ quieta vt Cain inuidus qui exijt a deo vagus & ꝓfug⁹. Quartodecimo tabeſcit vidẽdo gloriã aliorũ. Decimoquito cõedit carnes vipereas: q̄a ſolũ malis aliorũ ſatiat̃ & paſcit̃

Inuid⁹ nucq̄ ridet.

¶De odio multiplici & de nocumentis & varijs modis eius. Capitulum. III.

ODIVM EST PRIMA filia ĩuidię & orit̃ frequẽter ex ira: pp q̄d dicit Aug. in regula Lites etiã nũq̄ habeatis aut q̄ celerrime finiatis ne ira creſcat ĩ odiũ.i. ab ira ꝓcedat poſtea odiũ. Nihil em̃ ꝓhibet aliquid vnũ oriri ex diuerſis cauſis ſm diuerſas rõnes: directi⁹ tñ orit̃ ex inuidia. Et rõ eſt ſm Th.ij.ij.q.xxxiiij.ar.vj. q̄a ex ĩuidia ipm bonũ ꝓximi reddit̃ cõtriſtabile: & p ꝯñs odibile: ſed ex ira orit̃ odiũ ſm quoddã augmẽtũ. Nã p irã appetim⁹ malũ ꝓximi ſm quandã menſurã: ꝓut.ſ. habet rõnẽ vindictę poſtea p cõtinuitatẽ irę ꝑuenit̃ ad h̄ ꝙ malũ ꝓximi abſolute deſideret q̄d ptinet ad rõnẽ odij: & ſic patet ꝙ cauſat̃ odiũ formal'r ex ipſa ĩuidia ex ira aũt diſpoſitiue. Q̄d aũt oriat̃ odiũ ex inuidia ſic declarat. b. Tho. vbi.ſ̄. Odiũ ꝓximi eſt vltimũ in ꝓgreſſu peccati: eo q̄d opponit̃ dilectiõi qua natural'r ꝓxim⁹ diligit̃. Q̄d aũt aliq̄s recedat ab eo q̄d eſt naturale cõtingit ex h̄ ꝙ intẽdit vitare aliq̄d q̄d eſt natural'r fugiẽdũ: natural'r aũt oĩe aĩal fugit triſtitiã: ſicut & appetit delectationẽ: ſicut patet per ph̃m in.vij. & .x. Ethi. Et iõ ſicut ex delectatione cauſat̃ amor: ita ex triſtitia cauſat̃ odium. Sicut em̃ mouemur ad diligendũ ea quæ nos delectãt: ita & mouemur ad odiendũ ea q̄ nos cõtriſtãt inquantũ accipiũt rationẽ mali. Vñ cũ inuidia ſit triſtitia de bono proximi: ſequit̃ ꝙ bonũ ꝓximi reddat̃ nobis odioſum: & ĩde eſt ꝙ odiũ oritur ex ĩuidia: & ſicut ex amore ſequit̃ delectatio: cũ.ſ. poſſidetur bonũ amatũ: & delectatio ipſa cauſat amorẽ: q̄a vis appetitiua reflectit̃ ſup actus ſuos: ita ex inuidiæ triſtitia cauſat̃ odiũ: & ex odio ad pſonã aliquã cauſat̃ inuidia. Et q̄uis odiũ opponat̃ directe dilectioni quæ eſt prima & maxima virtutũ: nõ tñ odiũ eſt vitiũ capitale vel maximũ pctõrũ niſi odiũ dei. Ratio huius ſm Tho.ij.ij.q.xxxiiij.ar.iiij. q̄a illud dr̃ vitiũ capitale ex q̄ vt frequẽtius alia oriũtur vt dictũ eſt.ſ̄. Vitiũ aũt eſt ꝯ naturã hoĩs inquãtũ eſt aĩal rõnale. In his aũt q̄ cõtra naturã fiũt paulatim & nõ ſubito illud q̄d eſt naturę corrũpit̃. Vñ oportet ꝙ prĩo recedat̃ ab eo q̄d eſt min⁹ ſm naturã: & vltimo ab eo ꝙ eſt maxĩe ſm naturã: q̄a illud q̄d eſt primũ ĩ cõſtitutiõe eſt vltimũ ĩ reſolutiõe. Id aũt q̄d eſt maxime & primo naturale hoĩ eſt ꝙ diligat bonũ & pręcipue bonũ diuinũ & bonũ ꝓximi: & ideo odiũ q̄d huic dilectioni opponit̃ nõ eſt primũ in dilectiõe virtutis q̄ fit p vitia ſed vltimũ: & iõ odiũ nõ eſt vitiũ capitale. Q̄d em̃ virtus vniuſcuiuſq̄ rei cõſiſtit in h̄ ꝙ ſit bñ diſpoſita ſm naturã ſuã: ideo ĩ virtutib⁹ oportet eſſe primũ & pricipale q̄d eſt primũ & pricipale ĩ ordine naturali. In ordine aũt naturali primũ in affectionib⁹ ſeu paſſionib⁹ eſt amor. Et ſic in virtutib⁹ pria & principalis eſt dilectio iuxta illud.j.Co.xiij. Maior horũ ẽ charitas. Et eadẽ rõne odiũ ñ põt eſſe primũ ĩ vitijs & q̄uis odiũ mali q̄d ꝯriat̃ bono naturali ſit primũ inter paſſiones aĩæ ſicut & amor naturalis boni tñ odiũ boni cõnaturalis nõ põt eẽ primũ: ſed habet rõnẽ vltimi: q̄a atteſtat̃ corruptioni naturæ iã factæ ſicut & amor extranei boni. Et odiũ q̄dẽ q̄d eſt paſſio pura nõ eſt pctm̃: ſed odiũ dei vl' ꝓximi ſẽp eſt pctm̃. Et põt deſcribi ꝙ odiũ eſt quo appetit malũ alicui⁹ in malũ ei⁹: q̄d ꝓ tãto dr̃: q̄a q̄ appetit malũ ꝓximo pp aliquã bonã cãm: vt puta infirmitatẽ vel mortẽ ne noceat bonis: vel vt cõuertat̃ ad deũ & hmõi iſtud ꝓprie nõ ẽ odiũ: q̄a nõ ĩtẽdit p̄ciſe malũ illi⁹. Differt aũt ab ira: q̄a irat⁹ appetit ad malũ alicui⁹ ſub rõne bõi.ſ. ſub ratione vindictæ: vt puniat̃ is ꝯ quẽ eſt irat⁹ ex defectu cõmiſſo: ſed odiens ſolũ intẽdit in malũ exoſi.

Odiũ orit̃ ex inuidia

Odium deſcribitur.

Odium differt ab ira.

§.I. DE ODIO INQVIT PSAL.LO

Pſalm⁹ cviij.

quẽs in pſona chriſti ad p̄rem de Iudæis odiẽtib⁹ eũ & pſequẽtib⁹. Poſuerũt aduerſum me mala ꝓ bonis: & odiũ ꝓ dilectiõe mea ꝯſtitue ſup eũ pctõrẽ & diabol⁹ ſtet a dextris ei⁹. Cũ iudicat̃ exeat cõdẽnat⁹. Vbi tria de odio notant̃

¶Primo ꝙ parit peſſimã retributionẽ: ibi. Poſuerunt.
¶Scd'o ꝙ eijcit optimã dilectionẽ: ibi. & odiũ pro &c.
¶Tertio ꝙ recipit maximã punitionẽ: ibi. cõſtitue &c.

§.II. QVANTVM AD PRIMVM

odiẽs aliũ: & ſi ille multa bona fecerit ei: tñ oĩm oblit⁹ facit multa mala ꝯ illũ q̄d peſſimũ eſt. Vñ Aug. ſup. Pſ̄. ait Sex differẽtiæ ſunt.ſ. retributionũ. reddere bona ꝓ malis nõ reddere mala ꝓ malis. hęc bonorũ ſũt: ſed pri⁹ meli⁹ nõ reddere bona ꝓ bonis & reddere mala ꝓ bõis. hęc duo malorũ ſunt: & poſteri⁹ deteri⁹. reddere bona ꝓ bonis & mala ꝓ malis: hæc duo mediocriũ ſũt: & pri⁹ ꝓpinquũ bõis q̄d chriſt⁹ ñ arguit: ſed pl⁹ oportere dicit: q̄a Etnici h̄ faciũt poſteri⁹ ꝓpinquũ malis cõuenit tñ & bonis. Vñ etiã lex modũ vltiõis ſtatuit dicẽs: oculũ ꝓ oculo: q̄ ſi dici põt ĩiuſtorũ iuſtitia eſt: nõ q̄a iniq̄ eſt vltio quã lex ſtatuit: ſed q̄a vitioſa libido vlciſcẽdi: magiſq̄ ad iudicem ptinet hoc inter hoĩes diſcernere q̄ bonũ hoĩem ſibi expetere. Hic em̃ malũ ꝓ malo redderet. Iudex v̄o nõ odio: ſed delectatiõe iuſtitię iuſtũ ꝓ iiuſto: q̄d eſt bonũ ꝓ malo: q̄d etiã de⁹ iuſt⁹ iudex fecit. hęc ille. xxiij.q.iij. ſex differẽtiæ ſũt peſſime ḡ agit q̄ reddit malũ ꝓ bono: ad q̄d inducit odiũ q̄d vtiq̄ Iudęi erga chriſtũ egerũt. Nã cũ multa bona & ĩnumera bñficia eis cõtulerit. mĩta mala ei reddiderũt: v̄ba opprobrioſa & cõtumelioſa poſuerũt aduerſus eũ ꝓ bonis v̄bis ſuæ doctrinæ vocando eũ ſeductorẽ: dęmoniacũ & hmõi: v̄bera duriſſima flagellorũ poſuerũt aduerſus eũ ꝓ bonis miraculorũ ĩ eis factis. Refectionẽ felleam ꝓ refectione ſuaui. Demũ malũ mortis poſuerũt aduerſus eum ꝓ bono vitæ eis dato. Totum hoc egit odiũ eorũ. Vnde ipſe ait de eis. Odio habuerunt me gratis: ie eſt ſine cauſa.

Odium facit peſſimã retributionem

§.III. QVANTVM AD TERTIVM

notat̃ punitio odij triplex.ſ. tpalis: ſpũalis: & infernalis. Tpalis ibi. Cõſtitue ſup eũ pctõrẽ.i. cõſtitues ſup illũ populũ pctõrem.ſ. ad domandũ & affligendũ, q̄d factũ eſt p Tytũ & veſpaſianũ qui ppl'm illũ rebellãtẽ multipl'r afflixerũt & ſubiugauerũt. Sic accidit odiẽtib⁹ ꝙ in punitionẽ pctĩ eorũ de⁹ ſubijcit eos pctõrib⁹ qui affligãt eos. Vñ de illis pctõribus odiẽtib⁹ deũ & bonos ait ꝓph̃a. Dñati ſunt eorũ qui oderũt eos. Punitio ſpũalis notat̃ ibi. diabolus ſtet a dextris ei⁹. Dextera ſpũalis hoĩs eſt opus de genere bonorũ vt eleemoſynæ: ieiunia & hmõi. Sed ſtat diabolus a dextera odiẽtis: q̄a tollit ſibi fructũ oĩs boni opis. Nã vt ait ap'ls.j.Corinth.xiij. Si diſtribuero oẽs facultates meas in cibos pauperũ: & tradidero corpus meũ ita ardeam: ſuſtinẽdo etiã martyriũ, nihil mihi ꝓdeſt.ſ. ad meritũ ſine charitate hoc faciẽdo: ſed vt ait Aug. Tolle charitatẽ odiũ tenet. Nil ita ꝯriũ charitati vt odiũ. Impoſſibile eſt charitatẽ dei ineſſe vbi eſt odiũ: ꝓpter q̄d diabolus a dextris eius ſtare dr̃.ſ. ad auferẽdũ ſibi fructum. Punitio infernalis notat̃ ibi cũ dr̃. Cũ iudicat̃.ſ. in morte a deo: exeat cõdẽnatus ad pœnas ęternas: ſicut patet exẽplũ ĩ parabola ſerui debitoris decẽ miliũ talẽtorũ q̄ ex eo ꝙ noluit cõſeruo dimittere centũ denarios: & ſignat retentionẽ odij ex iniuria recepta tradidit eũ tortorib⁹.i. dæmonibus quouſq̄ redderet vniuerſum debitũ. Matt.xvj. q̄d exponit̃ de odio propter quod quis moriens cũ eo condẽnatur ad pœnã inferni.

punitio odij eſt triplex.

§.IIII. QVANVVM AD SECVN-

dũ q̄d vltimo poſitũ eſt q̄a ꝓlixi⁹ tractãdũ eſt Notãdũ ꝙ odiũ ẽ ꝯriũ charitati cũ charitas ſit maxima virtutũ: q̄a vt ait ap'ls.j.Corinth.xiij. Maior horũ charitas. Et Au. in ſer. Charitas fons eſt & origo oĩm bonorũ: munimẽ egregiũ: via q̄ ducit ad cœlũ: & ideo oſtendit̃ grauitas hui⁹ pctĩ de quo dicit. Odiũ ꝓ dilectione mea. Sed ſciẽdũ ꝙ triplex eſt odiũ

¶Primum ſui & diſcernendum.
¶Secundum dei & horrendum.
¶Tertium proximi & fugiendum.

¶Odiũ ſui põt eſſe bonũ & malũ: & ideo ſecernẽdũ vt malum deſerat̃ & bonum teneat̃. In hoĩe ſunt duæ partes.ſ. intellectiua & ſenſitiua. Intellectiua ſeu rõ quæ ſemp hortatur ad optima appetit virtuoſa & odit vitia & pctã. Et quia iſta eſt pars principalis in hoĩe: ideo qui v̄tuoſe viuit. v̄e diligit ſeipm̃: & v̄tuoſe odit ſe.ſ. ſm partẽ ſenſitiuã q̄ ẽ ĩferior pars in hoĩe: & nõ appetit niſi placẽtia carni etiam ſi ſint vitioſa Vnde chriſtus Io.xij. Qui odit animã ſuam ĩ

Odium ſui aliq̄ñ eſt malũ & aliq̄ñ bonum

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

hocmūdo: ī vitā ęternā custodit eā. Odire autē aiam suā ī
hocmūdo ē odire & detestari vitia & delectabilia ſm mū
dū & carne vbi est pctm̄: & talis nō ꝓprie loquēdo odit: sed
vere diligit se: qa ī vitā ęternā custodit aiam suā rōnalē vt
īret ī eā. Sed odiū sui qd' est dānabile cōsistit ī cōmittēdo
aliqd' criminale vl' pmanēdo ī eo: qa p h̄ occidit aiam suā
priuādo eā grā & glīa: & exponēdo eā igni æterno vn̄ bn̄
dr̄ ī Ps̄.x. Qui diligit iniqtatē odit aiam suā: & tale odiū n̄
est aliqd' pctm̄ spāle: sed gn̄ale qd' reperit ī q̄libet mortali
Sicut aūt odire ī sevitia & q̄ īpediūt salutē est licitū & sctm̄
odiū ſm illud Ps̄.cxviij. Iniqtatem odio habui: sed nō pro
prie odiū est. Ita & odire vitia aliorū & qd' ī eis est īpediēs
ꝓpriā salutē laudabile est & ꝟtuosū vn̄ ī Ps̄.cxxxviij. Per
fecto odio oderā illos. s. pctōres. s. detestādo vitia eoꝝ. Et
sic etiā intelligit illud. Qui nō odit patrē & matrē nō ē me
dign⁹. Lu.xiiij. Odiēdū est ī parētib⁹ vl' alijs qbuscūqꝫ qd'
ī eis est īpediēs salutē nostrā vel ipsorū vt affectio carnalis
& hmōi. Et Leo papa. Odio habeant pctā & nō hoīes corri
gātur tumidi: tolerent infirmi. dist.lxxxvj.c.odio. Scd'm
odium est odiū dei de quo dr̄ Ioā.xv. a christo de iudæis.
Viderūt & oderūt me & patrē meū: est speciale pctm̄ distin
ctū ab odio proximi. Sed quō deus odio habeat declarat
b.Tho.ij.ij.q.xxxiiij.arti.j.dicēs. Odiū est qdā mot⁹ appe
titiuę potentię q̄ nō mouet nisi ab aliquo apprehēso. De⁹
aūt dupliciter apprehendi seu cognosci pōt ab hoīe. Vno
mō ſm seipm̄: puta cū p essentiā videt. Alio mō p effect⁹
suos videri pōt: cū. s. inuisibilia dei p ea q̄ facta sunt intel
lecta cōspiciunt. De⁹ aūt p essentiā suā est ipa bonitas quā
null⁹ odio habere pōt: qa de rōne bōi est ꝙ amet. Et ideo
impossibile est ꝙ aliqs videns deū p essentiā odio habeat
vn̄ & Diony. dicit in li. de diui. noīb⁹. c. iiij. ꝙ oīb⁹ amabi
le & diligibile est primū bonū & pulchrū. Est aūt de⁹ ipsa
bonitas & pulchritudo. Inquātū aūt deus cognoscit p effe
ctus suos. Sciendū ꝙ aliq effect⁹ dei sunt q nō pn̄t vllo mō
ꝯriari voluntati humanę vt esse viuere intelligere q̄libet
eorū est appetibile & amabile oīb⁹. Vn̄ ſm ꝙ de⁹ apprehē
dit vt autor horū effectuū videlicet inquātū ē creator bn̄fa
ctor: ꝟitas & hmōi: sic nō pōt odio hrī. vn̄ dr̄. ij Esdre.iiij. ꝙ
oīa inuocāt veritatē: & benignant ī operib⁹ ei⁹. & Diony.
dicit ꝙ deus cōuertit oīa ad seipsum: inquantū. s. est oībus
principium essendi: quia oīa inquantū sunt tendūt in dei
silitudinē q est ipm esse. Sunt aūt quidā alij effectus dei q
repugnant inordinatę volūtati humanę sicuti īflictio pœ
næ: coertio peccatorū per legem diuinā quę repugnat vo
luntati humanę deprauatæ per peccatū: Et ſm hanc consi (*Odio de⁹ hr̄.*)
deratione pōt deus odio haberi ab aliquib⁹ tripliciter.
¶Primo inquantum prohibitor peccatorū.
¶Secundo inquantū inflictor aduersorum.
¶Tertio iuquantum impeditor cupitorum.
Ex hoc em̄ ꝙ de⁹ ꝓhibet aliqua mala q̄ aliqui vellēt face
re sed cōsciētia remordet & nō sinit ita libere agere sine sti
mulo remordēte: vel etiā qa alij nō assētiūt in malis volū
tati eorū ducti ex ꝓhibitione dei: ideo odiūt deū q talia ꝓ
hibuit. Alij autē odiunt deū ꝓpter aduersa quæ sustinēt a
deo: & de nūero horū sunt dānati de qb⁹ in Ps̄. dr̄. Supbia
eoꝝ q te oderūt ascēdit sēp. Nō tn̄ qcūqꝫ odit pœnas odit
deū. Nā multi odiūt pœnas qui tn̄ nō odiūt deū: sed patiē
ter tolerāt eas ex reuerētia diuina. Sed prorūpere in odiū
ipsi⁹ dei puniētis tāqꝫ iniuste puniat: qd' faciūt dānati hoc
est odire diuinā iustitiā. Alij ꝟo odiunt cū nō ꝓspere succe
dit eis qd' volunt: qd' tn̄ p tinet ad magnū beneficiū dei:
vn̄ dr̄. ij Ma.vj. Nō sinere pctōrib⁹ ex snīa agere. i. ſm desi
deriū eorū sed statim vltiones adhibere magni bn̄ficij in
diciū est: Est autē odiū dei maximū pctōꝝ: qa opponit di
lectioni dei qd' est optimū hoīs. Optimo em̄ opponit pes
simū ſm pħm in .viij. Ethi. Hoc magis apte declarat Tho. (*Odium dei ē maximum pctm̄.*)
ij.ij.q.xxxiiij.ar.ij.dicēs. Defect⁹ pcti cōsistit in auersione a
deo hmōi autē auersio rōne pcti nō haberet nisi volūtaria
esset: vn̄ pctm̄ cōsistit in volūtaria auersiōe a deo: sed hæc
volūtaria auersio p se iportat. i. odiū dei: ī alijs autē pctis
participatiue & q̄si p aliud. Sicut em̄ voluntas p se ihęret
ei qd' amat: ita & p se refugit id qd' odit. Vn̄ qn̄ aliqs odit
deū auertit a deo ſm se volūtas eius: sed in alijs pctis: pu
ta cū fornicator nō auertit a deo ſm se: sed ſm illud iquā
tum. s. appetit inordinatā delectationē q̄ habet ānexā auer
sionē a deo. Semp autē id qd' est p se est potius eo qd' ē p
aliud vn̄ odiū dei est grauius inter alia pctā: & ptinet illud
ad pctm̄ in spm̄sctm̄ ꝓut est spāle gen⁹ pcti: ideo aūt nō cō
putat inter spēs ei⁹: qa reperit in qualibet spē ei⁹. Est etiā
istud pctm̄ grauius infidelitate. Rō em̄ pcti infidelitatis est
ex odio dei circa cui⁹ ꝟitatē est fides: & iō sicut cā est poti
or effectu: ita odiū dei maius pctm̄ est ꝙ infidelitas. Odiū
tertiū qd' est ꝓximi sp ē pctm̄ & spālē pctm̄ distictū ab alijs
& mortale: qn̄ est ſm deliberationē rōnis. Qd' aūt sit pctm̄
ostēdit p scripturę testificationē: p rōnē: & p sui ꝯsecutionē
Quantū ad primū dicit. j. Io. ij. Qui odit fratrem suum (*Odium ꝓximi semp ē peccatū*)
in tenebris est. Tenebrę aūt spūales sunt peccata & Leuit.
xix. pręcepit dn̄s. Ne oderis fratrē tuū in corde tuo: sed fa
cere ꝯ pceptū est pctm̄ mortale. Et. j. Io. iij. dicit. Qui odit
fratrē suū homicida est. s. aīę suę: sed nō occidit aīa nisi per
mortale: qa mortale gratiā extinguit q̄ est vita spūalis aīę
Clemēs etiā dicit. Homicidioꝝ tria genera beatus Petrus
apl's esse dicebat eorū parilē fore pœnā. Nā q occidit & q
odit & qui detrahit pariter homicida est de pœ. di. j. homici
diorū. Qd' aūt dr̄ pœnā eoꝝ parilē esse intelligit in gn̄e ꝙ
quodlibet horū facit hoīem dignū pœna ęterna qa morta
le Ostenditur scd'o odiū ꝓximi esse pctm̄ per rōnē quā po
nit bea. Tho. ij. ij. q. xxxiiij. ar. iij. Odiū em̄ amori opponit:
vn̄ tantū habet odiū de rōne mali quātū amor de rōne bo
ni. Amor aūt debet ꝓximo ſm id qd' habet a deo. s. natu
rā & gratiā: nō aūt debet ei amor ſm illud qd' habet a sei
pso vel diabolo. s. culpā iustitię & defectū: & ideo licet o
dire ī ꝓximo qd' ptinet ad pctm̄. & omne illud qd' ptinet
ad defectū iustitię diuinę: hoc aūt ipm odim⁹ ī ꝓximo cul
pā & defectū iustitię ptinet ad ipsi⁹ amorē. Nā eiusdē rō
nis est velle alicui bonū & odire malū ei⁹. Vn̄ apl's ad Ro.
xij. Odiētes malū adhęrētes bono: & sic licite pōt odio ha
beri inimic⁹. Nā inimic⁹ alicui⁹ dr̄ qui fecit ei aliquā lęsio
nē: vel quęrit facere ꝯ rationem. Talis aūt grauiter peccat
contra charitatē & iustitiā agens: vnde in hoc malus est &
hāc malitiā & culpā inimici pōt & debet qs odire & dete
stari. Sed ipsā naturā fratris & gratiā etiā inimici non pōt
qs odire sine pctō: qa odit qd' fecit de⁹. s. naturā & gratiā q̄
bona sunt. Vnde de dn̄o dicit Sapiēs Sap. xj. Nihil odisti
eorū quę fecisti. & hoc ꝓprie dr̄ odiū ꝓximi qd' sine pctō
esse nō pōt & mortale cū est cōpletū odiū. Tertio probat
esse peccatū per consecutionē. Sequit em̄ ad odium cassa
tio venię suę remissionis habitę & habēdę pctōꝝ. Vn̄ Au
gu. Qui diuini bn̄ficij oblit⁹ suas vult vindicare iiurias.
scilicet ꝓpter odiū cōceptū nō solū de futuris peccatis ve
niā nō merebit: sed etiā quę sibi dimissa fuisse gaudebat
ei imputabūt ad pœnā. de pœni. distin. iiij. c. q diuini. qa. s.
dānabit ꝓpter odiū sequēs ac si nō fuisset sibi dimissū ali
quod peccatū. Exemplū in parabola de debitore. x. miliū
talētorū. Mat. xviij. Et vt dicit bea. Tho. vbi. s. art. iiij. Cū
grauitas peccati cōmissi in ꝓximū attendat ex parte deor
dinationis volūtatis peccātis: & ex parte nocumēti illati
proximo: ꝙuis ex parte nocumenti in ꝓximū multa alia
peccata sint grauiora odio: quia maius nocumentū fit ei
per illa vt homicidiū: adulteriū: & hmōi: tamen ex parte
inordinationis volūtatis odium est valde graue mortale:
quia per ipsum deordinatur voluntas quę est potissimū
in homine: & radix oīs peccati: nā exteriores inordinatio
nes non essent peccata nisi ex inordinatione volūtatis fie
rent. Et notandū ſm Duran. ordinis minorū in summa. ꝙ
triplici ex causa quis habet odio ꝓximū. (*proximus ꝓpter tria oditur*)
¶Primo ꝓpter displicentiā veritatis.
¶Scd'o ꝓpter displicentiā bonitatis.
¶Tertio ꝓpter displicentiā recepte pœnalitatis.
Quantū ad primū aliqui sunt ita peruersi ꝙ odio habēt
diligētes se & amāt odiētes se. i. vere nocēt sibi vt inducen
tes ad mala: & econtrario retrahentes a malis per admoni
tionē odiūt: qd' falso dictū est de Dauid. ij. Reg. xix. Diligis
odiētes te & odio habes diligentes te. Et tales odiūt ꝓpter
displicētiā veritatis quā eis dicūt. Vnde Terētius in An
dria ait veritas odiū parit. de numero horum fuit Achab
rex Israel qui dicebat de Michea propheta. Ego odi eum
quia nō prophetat mihi bonū: sed tm̄ malum. iij. Reg. xxij.
Quia em̄ dicebat sibi veritatē repręhēdēs eum & prenun
cians quę incurreret cū ppl'o ꝓpter pctā sua & nō adulaba
tur regi vt pseudo ꝓphetę q prenūciabāt sibi ꝓspera adu
lando ei: ideo ipm Micheā odiebat. Huius rōnē quasi assi
gnans saluator ait Io. iij. Ois qui male agit odit lucē. s. ꝟi
tatis vt non arguant opa ei⁹. De talib⁹ dr̄ Amos. v. Odio
habuerunt

habuerūt in porta corripiētē. i. sapiētē. Sapientes seu iudi
ces antiquitus stabant in porta ad iudicandū qui debent
oibus dicere veritatē. Aliqui odiūt ꝓximos ꝓpter displi (*Ioseph ꝓpt sui bonitatē odio habebatur a fratribus.*)
cētiā bonitatis: qa eo ipso ꝙ mali sunt bonos videre vl' bo
na de eis audire nō possūt qd' ꝓcedit ex inuidia: vl' qa bo
nitas eorū malitiā eoꝝ ostēdit: sicut de Ioseph dicit Geñ.
xxxvij. ꝙ oderāt eū fratres sui: nec poterāt ei qcqꝫ pacifice
loq: qd' erat ꝓpter singularē bonitatē ei⁹. Vnusqsqꝫ em̄ ait
Hiero. morib⁹ suis fauet. Sicut em̄ ouis delectabiliter cō
uersat cū oue: & lupus cum lupo: ita & malus delectatur &
amat malos similes sibi: & bonos ꝯrios morib⁹ suis odit.
Alij odiunt ꝓpter displicētiā cōceptā ex aliqua iniuria re
cepta sicut Absalō odiebat Amō fratrē suū ꝓpter oppssio
nē sororis suę Thamar: simulauitqꝫ displicētiā quousqꝫ vī
dicaret iniuriam fratre occiso. ij. Reg. xiij. Sic Esau oderat
Iacob fratrē suū & minabat occidere: qa abstulerat ius pri
mogenituræ & paternā bn̄dictionē. Geñ. xxvij. qd' tn̄ iuste
Iacob fecerat cū a dn̄o sibi datū fuisset. Est aūt pctm̄ istud
multū generale & pmaximū & mirabil'r multiplicatū. Nā
vix hoies odiū semel cōceptū volūt dimittere quasi licitū
eis videat: nec aduertunt ꝙ dum in odio manent: non tm̄
vnū pctm̄ mortale cōmittūt: sed toties quoties iniuriā re
ceptā ad memoriā reuocātes actual'r optant illis mala q̄s
odiunt. Qd' aūt dictū est antiquis. Odio habebis inimicū
tuum. Mat. v. Non erat illa snīa in lege dei: sed falsa glos.
quā faciebāt legisdoctores sup illud. Diliges amicū tuum
sicut teipsum. Leuit. xix. Ex hoc arguebāt a ꝯrio sensu dicē
tes. Ex q̄ amic⁹ diligi pcipit: ꝰ per ꝯriū inimic⁹ odiri man
datur. Sed tale argumētū est validū qn̄ cōtrariū nō habe
tur in lege: sed expresse mandabat dn̄s ꝯriū in ipsa lege: sta
tuens ꝙ si quis trāsiēs p viā videret iumentū inimici sub
sarcina in terrā lapsum nō pertrāsiret sed iuuaret ad suble
uādum ipm: vn̄ talē falsam expositionē reprobās ait. Ego
autē dico vobis. diligite inimicos vestros. Mat. v.

§.V. PRODVCIT AVTEM ODI
um tres fructus pessimos.

¶Primo cordis obdurationem.
¶Scd'o crudelitatis actionem.
¶Tertio dānificationis malignationem.

Odiū indurat cor terribiliter vt merito de odiēte possit
illud verificari qd' dr̄ de diabolo Iob. xlj. Cor ei⁹ īdurabit
quasi lapis. Vn̄ odiū sīl'e est quo fuit occisus Traianus im (*Cor traiani ipatoris post ei⁹ mortē ī uētum fuit adeo obduratū vt lapis cēseret.*)
perator. Legit em̄ de ipso ꝙ ipso mortuo exēteratū est cor
pus ei⁹ vt medici possint videre cām mortis ei⁹: & inuētū
est cor ei⁹ durū quasi lapis qd' ex illo veneno ꝓcesserat. Cō
ditiones aūt duri cordis ponit Berñ. in lib. de cōsidera. di.
Cor durū est qd' cōtritione nō scindit: pietate nō emollit
precib⁹ nō flectit: minis non cedit: flagellis obdurat. Cor
durū (ait Sapiēs) male habebit in nouissimo. Hæc oia im
pleri videtur in odiēte: nā cor eius nō pōt habere cōtritio
nē: vn̄ nec ī cōfessione absolutionē: nec veniā nec cōionē
Expsse em̄ dr̄ de pœ. di. v. falsas. ꝙ talis q tenet odiū in cor
de admitti n̄ debet ad pniam. s. vt absoluat a cōfessore. Et
quāto magis pmanet in odio tāto magis indurat. Pieta
te nō emollit talis: qa & si videat inimicū ī aduersitate nō
cōpatit: sed appetit ei maiora mala vsqꝫ ad cōsumptionē.
Sic Iudęi odiētes christū nō fuerūt moti pietate ad ipsum
cū viderēt eū terribiliter flagellatū: qd' fecit pilat⁹ ad fle
ctendū eos ad pietatē erga eū: sed oīno voluerūt eū cruci
figi vt satiarentur de pœnis accerbissimis ei⁹ & opprobrijs
Nec flectit pcib⁹ odiēs: nā si amici & vicini: religiosi & pla
ti deprecent tales vt odia dimittāt & inimicitias nō acqe
scūt qnimmo nec pcib⁹ ei⁹ ad quē odiū habēt etiā iniuste:
flectunt pcib⁹. Sicut nec Iudęi pcib⁹ Stephani orātis ꝓ se
lapidātib⁹ quē iniuste oderāt ꝓpter virtutes suas & sapiē
tiā & miracula. Nō cedit minis odiēs: qa & si fiāt ei cōmi
nationes a pdicatorib⁹ multorū malorū q̄ deus pro odio
suo īferet: & pcipue dānatiōis ęternæ nō videt curare: sed
nec minas dei. dicit em̄ Aug. Dicit dn̄s. dimitte & dimittet
tibi. Ego dimisi pri⁹. s. pctā tua & offensas mihi p te factas
dimitte & tu postea. Nā si nō dimiseris reuocabo. s. te ad dā
nationem: & quicqd dimiserā replicabo tibi. de pœ. di. iiij.
c. dicit dn̄s. Flagellis obdurat. Nā incurrit in dāna & infir
mitates: mortē familiæ sentit: & tamē odiū tenet: vn̄ & ī no
uissimo male habebit: qa ī morte cū odio trāsiēs a dęmoni
bus cruciandus ad inferna descendet. Scd's pessimus fru
ctus odij est crudelitas. Nulli placere sinit odium nec ami (*Odium nec ami nec fratri pepcit.*)
co nec consanguineo. Cain ex odio ita crudelis factus est
vt nō parceret germano Abel innocēti. Egyptij qa oderāt co
Hebræos vt habet Exo. j. affligebāt eos multis modis &
opprobrijs adeo crudeles effecti ad eos vt mandaret Pha
rao oēs mares cū nascebātur submergi in flumine. Quid
crudelius esse poterat? Iratus Herodes ex odio qd' cōcepit
ad regem Iudęorū recēter natū. s. christum vt occideret eū
occidit oēs pueros etiā filios proprios & a bimatu & infra ī
finib⁹ Betleē reptos. Tāta est crudelitas & stultitia odien
tis vt occidat seipsum gladio odij: ex eo ꝙ aliquis aliquā
tulum scidit vestē eius. Ois em̄ iniuria quę fieri pōt est cir
ca corpus: qa & res tpales ordinātur ad corpus. Corp⁹ autē
est vestis aīę quā occidit gladio odij ipm suscipiens. Lā (*Lōgin⁹ fuit miles qui trāsuerberauit lācea lat⁹ christi*)
cea Longini militis nō fuit ita crudelis sicut est odiū: quia
illa trāsuerberauit corp⁹ mortuū: odiū aīam viuētē: & ali
quādo etiā corpus. Hinc & Boe. de pħica cōsola. ait. Apud
sapiētes nullus locus odio prorsus relinquitur. Nā bonos
quis nisi stultissimus oderit. Malos ꝟo odisse rōne caret.
Nā sicut corporis languor: ita vitiositas quasi quidā mor
bus est animarū: cū tn̄ ægros corpe minime odio: sed mise
ratiōe dignos arbitremur. Et seneca. Ridiculū est odio no
centis innocentiam perdere. Idē in alia epl'a. Si magnani
mus fueris nunqꝫ dices tibi iniuriam fieri. de inimico di
ces. Non nocuit mihi sed animū nocēdi habuit & cū illū ī
tua ptāte videris vindictā putabis te vindicare potuisse.
Terti⁹ fruct⁹ odij est dānū. Nā odiēs quærit in exoso. vij. (*Odium multipliciter dānificat.*)
gn̄a dānorū vel simul vel separatim: & in quolibet ē mor
tale. In substātia appetēs ꝙ ipsam amittat vel diminuat:
& ad hoc operat si pōt per se vel p alios. In fama: qa detra
hit sibi & bona audita de eo puertit dicēs malā intētionē
habere. In patria: qa q̄rit quō expellat de ciuitate vel saltē
hoc desiderat. In familia: qa appetit infirmitates vel mor
tem filiorū vl' dānationē & iniurias ei⁹. In libertate: qa ap
petit ꝙ incarceret propter debita: vel al's etiā ꝙ seruituti
subijciat. In corpe qa cupit illū infirmari vl' mori vn̄ & im
precat ei multas maledictiones: & si ipse nō velit p se occi
dere: optat tn̄ vt ali⁹ vel deus hoc faciat in vindictā sui. In
aīa: qa vellet aiam ei⁹ ad inferna descēdere. Quodlibet ho
rū qs appetēs ꝓximo ex odio mortal'r peccat. Ecōtrario
dimittēdo iniurias & odium de corde multiplex fructus & (*Remittere iiurias est multū vtile.*)
optim⁹ sequit. s. remissio pctōrū. Augu. in sermo. Ego ad
dilectionē inimicorū vos moneo: qm̄ ad sanandū vulnera
pctōrū nullū medicamētū efficacius esse cognosco. Vnus
qsqꝫ debitor est & habet debitorē. debitor ē dei: & debitorē
habet ꝓximū suū. Hāc regulā deus statuit cū debitore suo
quā ipse serues cū tuo. Si non ignoscis debitori tuo. i. ei q
te offendit portando. s. odiū ad eum: nec deus tibi ignoscet
debita tua. i. pctā. Si autem ignoscis & deus tibi remittet
debita tua. vt dr̄ Mat. vj. s. si de pctīs sis contritus. Secun
dus fructus est adoptio filiorū: qa efficit fili⁹ dei per imita
tionē: ſm illud Mat. v. Diligite inimicos vestros: bn̄facite
his qui oderūt vos. Orate pro persequētibus & calūnian
tibus vos vt sitis filij patris vestri. s. dei. s. per imitationē
quib⁹ tandē hereditas gloriæ dat. Deus em̄ nullū odit ſm
illud. Diligis oīa & nihil odisti eorū q̄ fecisti. vn̄ Ps̄. Quo
modo miserebit pr̄ filiorū misertus est dn̄s Pater autem
ignoscit non odit malos filios: bn̄facit inimicis suis. i. ꝑ
manētibus in pctō. Nā solē suū oriri facit sup bonos & ma
los: & pluit sup iustos & iniustos. & nō solū materialē solē
sed & spūalē: qa lumē intelligētiæ dat & bonis & malis: &
pluuiā grę infundit sup iustos augmētando eā: & iniustos
iustificādo eos vt pater ī Saulo. Cū em̄ esset ī ipo actu ꝑ
secutionis christi circūfulsit eū lux de cœlo: & cōuers⁹ gra
tiā dei recepit. Act. ix. Orauit & ipse de⁹ incarnatus ꝓ cru
cifixorib⁹ suis: nō odiuit aut se vindicauit. Esaiæ. liij. Pro
trāsgressorib⁹ orauit ne perirent. Tertio fructus est cōuer (*conuertit īimicos.*)
sio inimicorū. Vnde apl's ad Ro. xij. Si esurierit inimicus
tuus ciba illū: si sitit potū da illi. Hoc em̄ faciens congeres
carbones ignis sup caput ei⁹. i. talia bn̄ficia facta īpimicis
ex quib⁹ manifeste ipi possunt videre dilectionem tui ad
eos nō odiū ꝓpter iniuriā factā: erūt vt carbones ignis ex
citātes in caput. i. in mētē ei⁹ dilectionem: & p ꝯn̄s recogni
tionē suæ offensæ. Sic etiā oratio protomartyris Stepha
ni pro Saulo inimico eius maximo qui seruabat vestimē
ta lapidantiū eū & ꝓ alijs impetrauit conuersionem eius.
Vnde Aug. in sermone. Si Stephanus ꝓ Saulo non oras

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

Stephanus orauit pro paulo vt conuerteretur.

set:Ecclesia Paulum nō habuisset. Legit de sancto Ioanne Eleemosynario qui erat patriarcha Alexandrinus.q cū semel quidā nepos eius recepisset magnā iniuriā a quodā ciue qui erat debitor eccl'ię suę in certa quātitate pecuniæ:& multū conquereretur ipse nepos de iniuria sibi facta apud ip̄m suū auūculū patriarchā:& cū vindictā ex odio expeteret:dixit ei patriarcha cōsolādo ip̄m. Patiēter expecta fili mi:qa cito faciem⁹ talē vindictā q tota Alexādria mirabitur.Qui exhilarat⁹ diē expectabat vltionis faciendę. Vna igit dierū patriarcha vocare fecit eū qui iniuriā fecerat:& suū nepotē corā se & astātib⁹ multis ciuib⁹ dixit pr̄iarcha. Ecce talis tu fecisti talē iniuriā huic nepoti meo nō bn̄ fecisti lędēdo ꝓximū tuū.Nolo trāseat inulta talis iiuria vt exēplo meo astātes & alij postea hoc audientes discāt suas vindicare iniurias & odijs satisfacere.Quātum debes ecclesiæ meæ?Rn̄dit ille tantū.Mandat patriarcha notario suo dicens.Dele de libro rōnū tale debitū:qm̄ in satisfactionē iniurię factę nepoti meo & ob vindictā vn̄ & mihi:ego tibi illud debitū ex toto remitto & absoluo:& amodo tibi caueas in futurū ab offensis ꝓximi tui ne deus irascat tibi Ex qua re tota Alexādria mirata est vt prędixerat.De sc̄tō Ioāne Gual'.etiā legit q cū esset miles & inimicitias mortales haberet cū quodā:quia occiderat auūculū suū. Vna dierū cū esset armis accinct⁹ & inuenisset inimicū suū solū & inermē aggressus est eū vt interficeret. Qđ ille intuens se nō posse euadere ꝓstrauit se rogās eū ob amorē ei⁹ qui tali die pro nobis oīb⁹ passus erat sibi ignosceret:erat em̄ feria sexta.Ad cui⁹ p̄ces subito emollitū est cor ei⁹:amoto oīni odio dixit.Ob amorē crucifixi nō possū tibi nō indulgere cū ipse ꝓ nobis inimicis suis mortem gustauerit hac die.Valde secur⁹ & fac bonū:ego tibi iniuriā tātā ex corde remitto. Post qđ cum accessisset ad ecclesiā sancti Mimiatis prope Florentiā in mōticulo:vbi nunc morant fratres mōtis Oliuarū:oranti ipsi ad imaginē crucifixi:ipsa imago inclinauit sibi caput quasi gratias agens de iniuria remissa inimico ꝓpter eū. Et adhuc ostēdit ibi talis imago. Et ita conuersus est ille Io.Gual'.ad deum q dimisso sęculo ordinē instituit specialē.s.vallis vmbrosę:& miraculis multis claruit canonizatus ab ecclesia.

§.VI. VTRVM ODIENS PROXImū possit cōicari?

Verbi grā. Pone q aliqs sustinuit magnā iniuriā vel dānū ab aliquo ꝓpter qđ denegat sibi salutationē:nūqd sibi pōt licētiari ad cōionē?Rn̄. s̄m Durā. ordi.mino.Ex illatione iniurię quatuor solēt oriri in hoīe

Ex illatione iniurię quatuor oriuntur

¶Primū est odiū siue rancor in corde.
¶Scd'm est effectus odij in opere.
¶Tertiū est signū rancoris in ore.
¶Quartum est actio iniurię.

Primū tenet dimittere:immo poti⁹ nunq; debuit admittere:qa nec debet dolere de ꝓsperitate inimici:nec gaudere de malo suo:nec malū sibi optare:nisi eēt inimic⁹ eccl'ię vt hæretic⁹ vel tyrān⁹ ꝑsequēs rēpublicā sicut public⁹ latro:tūc em̄ dolere deberet de ꝓspitate sua in tpalib⁹:qa ꝓ quāto pl⁹ ꝓsperaretur : tāto plus eccl'ia vel respu.lęderet. Vn̄ Greg.xxxiij.moral'.di.Sicut noxiū solet esse si vnitas desit bonis.ita piculosū solet esse si nō desit malis. Peruersos quippe vnitas corroborat dū cōcordat.Vn̄ Paul⁹ vnitatē fregit factā a Pharisæis & Saducæis ad ipsum occidendum. Licet aūt quis non debeat dolere de prosperitate inimici in temporalib⁹:nō tamē tenet gaudere de bono suo tpali:sed debet gaudere de cōuersione sua ꝓfectu spūali & virtutib⁹.Sed si gaudet de bono vel dolet de malo inimici:hoc est signū pfectionis:nisi ille esset inimic⁹ eccl'ię vel reip.Si aūt dolet de bono tpali:vel gaudet de malo ei⁹:vl' optat sibi malū:aut talis dolor vel gaudiū rōni placet aut displicet.Si placet ita q est s̄m rōnē deliberatā &ꝑsistit in eo nō pœnitēs de hoc non debet cōicari:nisi forte modicū malū optet sibi p qđ se recognoscat. Vel nisi optet malū nō sub rōne mali:sed qa credit sibi illud expedire vel reipu.sicut Helias occidit duos quinquagenarios cū suis.iiij. Reg.j.Vel propter bonū per se vt peccatū minueret quod viuēdo augmētasset:vel ꝓpter bonū reipub.vt viuētib⁹ vtilis metus incuteret ad vitandum idolatriā.vt Aug.dicit.xxiij.q.iiij.§.sed vt obijcitur.Vel etiā cū timet verisimiliter ne ex prosperitate sua ille sibi iniuste noceat:& ꝓpter ea dolet de ipsa s̄m Tho.Si aūt dolor& gaudiū rōni displicet:q̃uis sensualitati placeat.s.de prosperitate inimici vel aduersitate eius:tūc pōt excōicari.Scd'o ex illatione iniuriæ oritur effectus odij in ope:& hoc cōsistit in duob⁹.s.ex subtractione boni & illatione mali.Si in subtractione boni:aut ergo subtrahit illicite bonū spūale aut tēporale.Si spūale:puta qa excludit illū ab oratiōe generali:eū.s.orat pro oībus fidelib⁹ itēdit illū excludere:aut qa nō vult corā eo p̄dicare tunc peccat grauiter:nec debet cōicari q̃diu habet hāc voluntatē.Si subtrahit bonū tēporale:aut necessariū:aut nō necessariū.Si necessariū:sic peccat mortaliter:vt si inimicū non pascit ī articulo mortis:tūc em̄ habet locū qđ dicit Am.disti.lxxxvj.si nō pauisti occidisti. Si nō necessariū nō peccat nisi venial'r:qđ itelligo cū eo ille īdiget &si nō absolute.Si effect⁹ odij cōsistit ī illatiōe mali:aut ergo quis infert inimico malū ꝯ ordinem iuris:aut s̄m ordinē iuris.Si ꝯ ordinē iuris sic peccat mortal'r: quia mihi vindictā & ego retribuā ait dn̄s.ar.de pœ.di.iiij.q diuini.vbi dicit Aug.Qui diuini officij oblit⁹ suas vult vindicare iniurias:nō solū de futuris pc̄tis veniā nō merebitur &c.Si s̄m ordinē iuris sit:tūc pōt cōicari:odio tn̄ a corde remoto vt qn̄ hoc facit ex sn̄ia iudicis vel ex pmissiōe iuris.Ex sn̄ia iudicis vt si malefactor ad mādatū iudicis satisfacere læso nō vult:etiā læsus pōt ip̄m de mādato iudicis appetere bello.Et qcqd rapit ab hoste vel adiutorib⁹ suis totū suū est quousq; sit sibi plene satisfactū de oīni dāno dato & expensis:vltra hoc aūt nō debet aliud accipere nisi pp immanitatē vitij ille meruerit oībus bonis spoliari:vt ꝓpter hæresim vel cōsimile vitiū:sic'r cōicari pōt qn̄ facit hoc ex pmissiōe iuris.Licet em̄ regulariter verū sit q nemo pōt seip̄m vindicare vel sibi de suis ius dicere:tamē ius hoc pmittit ī casib⁹ ciuilib⁹:vt vim vi repellere cū moderamine inculpatæ tutelę:vel etiam socios defendere & hmōi.xxiij.q.iij.fortitudo.Tertio ex illatione iniurię orit signū rancoris ī ore:&sic distingue:aut iniuriator exhibet condignā satisfactionē:aut non:Si exhibet s̄m quantitatem culpæ supple& possibilitatē suā:sic tenet ad amicitiā recipe &ei loqui.Vnde Augu.Memento cito ignoscere si quis in te peccauerit & a te veniā postulauerit.Si aūt non exhibet nō tenet ei loqui:qn̄.s.satisfacere aut omnino nō vult aut semiplene.Et hoc intellige verum nisi forte actio iniuriarum abolita sit dissimulatione vel remissione.Actio em̄ iniuriarū abolet remissiōe vel dissimulatione. Remissione:s qn̄ lęsus remittit iniuriā.xxxiij.q.iiij.sic illic.Dissimulatiōe remittit:vt si luserit vel riserit vl' comederit cū eo post iniuriā factā.insti.de iniurijs.§.fi.Quarto ex illatione iniuriæ oritur actio iniuriarū.Hanc nullus tenet dimittere:imo qn̄q; læsus dimittere nō pōt:vt si iiuria illata est monacho vel seruo vel filiofamilias vel vxori.Nā si monacho illata est cōpetit actio iniuriarū monasterio non monacho:nisi forte monach⁹ seu ali⁹ religiosus esset lōge absēs a monasterio:&de licētia abbatis seu alius alterius sui supioris:tunc em̄ posset agere de actiōe iniuriarū. ff.de iniurijs.l.si vnus.Et si monachus remittit iniuriā nihilomin⁹ monasteriū agere pōt.Sed si abbas vel ali⁹ supior remittit iniuriā monach⁹ agere nō pōt.Secus si ī eccl'ia sæculari q nō pōt remittere iiuriā clerico factā.Itē si iiuria seruo est facta:dn̄s remittere pōt,nō seru⁹.Itē iiuriā factā filiofamilias pr̄ remittere pōt & agere ꝓ iiuria ipsa,nō fili⁹ nisi q iniuriatus fuerit putaret eū patrēfamilias.ff.de iniurijs.l.j.§.j.&.§.si adeo.Itē si vxori facta est iniuria:viro cōpetit agere ꝓ iniuria &nō ecōtrario.Nō ergo est necessarium volēti cōicari vt dimittat actionē iiuriarū lædēti:sed odiū Itē nota q q remittit actionem iniuriarū in articulo mortis in manu presbyteri si hoc facit causa mortis pōt postea agere ꝯ iniuriātē si cōualescat:sec⁹ aūt si simpl'r remisit.ff. ad sil'i.l.fi. Itē nota s̄m Hosti.q actio iniuriarū ab initio abolet dissimulatiōe.i.si is q iniuriā accepit nō nascitur nec mouet sed si exinde mot⁹ fuerit &iiuriā stati ad aīm reuocauerit &iniuriantē citari fecerit non tollit dissimulatione:nec p salutationē:nec p osculū pacis datū ī eccl'ia:nisi expsse remittat vel pacificetur.Hæc oīa Durā.vbi.s̄.

Odium ī opere

Adde tex. vulgar .l.l. vt vi.ff. de iusti. & iure.

Actio iniuriarū.

vide qn̄ iniuria sit remittēda vl' nō p Ange. ī tractatu maleficiorum & māsueriū ī titulo de pœnis.

¶De detractione & grauitate eius. Capitulum.IIII.

DETRACTIO EST SECVNda filia īuidiæ s̄m Gre.in moral'.Diffinit aūt detractio q est denigratio alienæ famæ p verba occulta. Ex qua diffinitione s̄m.be.Tho.ij.ij.q.lxxiij. ar.j.ostendit

Detractio dif finit sic

ar.j.ostendit duplex differētia inter ip̄am&cōtumeliā.Et prima est quantū ad modū ꝓponēdi vba:qa.s.cōtumeliosus manifeste ꝓfert vba cōtra aliquē:detractor aūt occulte.Sicut aūt factis fit nocumētū ꝓximo manifeste:&qn̄q; occulte:manifeste quidē p rapinā vel alias violētias manifestas occulte vt p furtū vel dolosam percussionē.Ita & verbis:manifeste quidē:vt cōtumeliādo.i.dicēdo ꝓximo verba iniuriosa in faciē ei⁹:& occulte vt p detractionē.Et ideo dicit in diffinitiōe p vba occulta:nō qdē simpl'r: sed occulta ei cui detrahit:qa ī absentia ei⁹:q̃uis em̄ postea ei notū fieret a referētib⁹:tn̄ tūc occulū fuit ei qn̄ ille detraxit. Scd'a differētia est quātū ad finē intētū seu nocumētū illatū:qa cōtumeliosus ex facto suo derogat honori,detractor autē famę.Nā ex hoc ipso q aliqs ꝓfert manifeste verba cōtumeliosa cōtra aliquē videt ip̄m paruipēdere& ex hoc dehonorat cōtumeliat⁹:vn̄ cōtumelia detrimētū affert honori.Sed cū qs vba contra aliū profert in occulto videt ip̄m magis vereri q̃ paruipēdere:vn̄ nō directe infert detrimētū honori sed:facit quātū in ipso est proferēs verba cōtra aliquē occulte eos q audiūt malā opinionem habere de eo cōtra quē loquit hoc em̄ intendere videt:& ad h̄ intēdit detrahēs vt vbis ei⁹ credat.Vn̄ dr̄ in diffinitiōe q est denigratio.i.offuscatio seu diminutio famæ alterius .In hoc aūt cōueniūt cōtumelia &detractio:qa per vtrūq; profert malū de ꝓximo.Et qa per pc̄ta venialia nō denigrat fama hoīs:iō tales defect⁹ occulte referre de aliquo nō est ꝓprie detractio:nisi qs hoc itēderet. vn̄ cū dr̄ ī diffinitione q detractio est denigratio famę intelligit ex intentione facta:vt.s.qs eo aīo loquat malū de alio vt diminuat famā ei⁹.Et sic soluūtur multæ quæstiōes. Vn̄ & si quis ordinarie accusat vel denunciat crimē alteri⁹ in iudicio q̃uis ex h̄ denigret fama accusati vl' denūtiati: si hoc nō intēdit:sed vt ꝓuideat bono cōi &saluti ꝓximi:qđ ꝓ mouet p punitionē criminū&correctionē hoim nō detrahit talis sed meret.Sec⁹ si itēderet ifamiā illi⁹ qa tūc mortaliter peccaret:sed ad famæ restitutionē tenet.Itē si qs loquitur ꝯ aliquem q̃uis nō sequat denigratio famę illi⁹:qa.s. verba nā credunt:tn̄ ex q̄ h̄ intēdit & ad h̄ opat detractor est.Itē si quis ex loq̃citate vel leuitate refert crimina aliorum occulta nō intēdēs famę derogare:non formaliter sed materialiter dr̄ detractor:vn̄ nec pc̄tm̄ est mortale nisi & verbū qđ de alio profert ex loquacitate eēt adeo graue q notabiliter lędat famā ꝓximi:& præcipue in his q ptinēt ad honestatē vitæ s̄m Tho.vbi.s̄.vt referēdo de aliquo q sit adulter:fornicator:vsurarius:p̄dator &hmōi:sec⁹ dicēdo aliquē esse iracūdū:supbū:contētiosum:prȩsumptuosum leuē& hmōi.Itē referēdo mala criminalia aliorum ex quadā loquacitate q̄ notoria sunt:nō pertinet ad detractionē:qa nō denigrat famā illorū cū iam denigrata sit:si tn̄ hac intētione ageret:mortaliter peccaret.Detractio igit propie & stricte sumpta semp est mortale s̄m Tho.vbi.s̄.arti.ij.

Differt a contumelia detractio.

Conueniūt aliqn̄ detractio & contumelia.

§. I. DE DETRACTIONE LO-

quēs Ps̄.ait.Induant q detrahūt mihi pudore& operiant sicut diploide cōfusione sua.Ps̄.cviij.Quāuis ꝓpheta ibi loquatur in ꝑsona christi ad patrē de Iudæis qui detrahebant multis modis dicētes eū esse trāsgressorē legis: blasphemū:maleficū &hmōi.vnde dr̄ Io.vij.Murmur mult⁹ erat de eo in turba:alij dicebant quia bon⁹ est: alij nequaq; sed seducit turbas:& hi detrahebant.Sed oēs tales induti sunt pudore:quia manifestissime apparuit de sanctitate sua:immo & deitate.Et operti sunt confusione duplici. s. tpali&ęternali ñ pœnitētes de pc̄tō illo.Et ideo dicit sicut diploide:quę est vestis duplex:&signat duplicē cōfusionē Pōt etiā versus iste verificari de quolibet detractore&ponit prȩsens impatiui modi ꝓ futuro indicatiui: vt frequēter fit in psalmis.Induātur.i.induent.i.circūdabūtur vndiq; pudore:cū.s.manifestat falsitas eorū:vel i restōne famę:& operiētur duplici cōfusione si non pœnitēt.s. tpali &æternali.Sed sciendū primo q detractio variat septēpliciter:aggrauat terribiliter:&purgat difficiliter. Quātū ad primū dr̄ Eccl'es.x.Si mordeat serpens in silētio nil eo min⁹ habet q occulte detrahit.Serpēs comedit terram . Sic em̄ dictū fuit primo serpēti in quo locut⁹ est diabolus mulieri.Terrā comedes.Geñ.iij.Sic detractor pascit defectib⁹ hoim quos recitat.Serpēs est aīal venenosum qđ suo flatu inficit prope astātes.Ita detractor habet venenū malitię & sua locutiōe īficit audiētes generādo malā opinionē in mētib⁹ eorū.Serpēs occulte vulnerat seu mordet. Sic detractor occulte.i.in absentia ei⁹ cui detrahit male loquitur de eo:agens cōtra illud diuinū mandatū. Non maledices surdo & corā cæco nō pones offendiculū.Leuit.xix.c. Maledicit surdo detractor:qa dicit malū de eo qui eū nō audit. Ponit offendiculū corā cæco:quia notificat defectus alicuius ei qui nō videbat.i.nesciebat &inde ille scādalizat ex illo malo ope ipsi⁹.Et vt dr̄ Deu.xxxij.Venenū aspidū insanabile:qa nō pōt tolli mala opinio generata ex detractione.Serpens est aīal callidū:vt dr̄ Gene.iij.q erat callidior cūctis animātib⁹ terrę.Videt em̄ in incessu q sumat vnā viā & impceptibil'r voluit se ad aliā.Vn̄ dr̄ Pro.xxx. q vnū ex difficilib⁹ ad cognoscēdū est via colubri sup terrā:&sic detractor incipit loqui bonū de aliquo de quo itēdit malum dicere vt sic magis sibi fides adhibeat : &subito vertit se ad mala &vitia illius vtēs cōiūctione aduersatiua puta talis bona fuit:hęc &illa,tale tn̄ vitiū habet:tale scelus ppetrauit.Hoc aūt agit septē modis quos ponit be. Tho.ij.ij.q.lxxij.ar.j.ī respōsiōe ad vltimū argumētū.Directe.qdē quatuor modis.Primo mō qn̄ imponit falsum alteri dicēdo aliquē cōmisisse tale crimē qđ scit verum nō eē Et idē videt si ex suspitione loquēs asserit qđ ignorat siue ex odio hoc agat:siue ex loquacitate:hoc em̄ mortale est. Secus si ex loquacitate diceret se audiuisse tale crimen de illo.Idem est.s.mortale quando de seipso diceret cōmisisse qđ nō fecit.Non em̄ min⁹ tenet quis prouidere famę suæ q̃ ꝓximi,etiā si timore pœnę hoc faceret puta ne reducat ad patibulū seu torturā:vl' diuti⁹ ibi teneat fateturvl' refirmat crimē de se qđ non ppetrauit. Scd'o mō qn̄ pc̄tm̄ auget verbis suis &s̄m q auget &ītētionē habet:sic ē mortale vel veniale:vt si dicit aliquē furatū fuisse cētū florenos q nō abstulit nisi quinq; dicit pcussisse aliquē multis verberib⁹ qui leuiter pcussit &illud qđ addit est qd notabile &falsū:tenet restituere famā:secus si qd leue:quō autē restituere debeat famā.j.dicet.Tertio modo quādo occultū reuelat dicēdo.s.qđ verū,est sed occultū alijs:tūc em̄ mortale est qn̄ ex maleuolētia agit:intēdens diminutionē famę illi⁹:vel etiā ex loq̃citate cū illđ est ita graue q ex illa manifestatiōe peccati occulti sequit diffamatio ei⁹ al's veniale:sed hoc faciēdo ex charitate dicēdo illis ꝑsonis quas credit posse p earū correctionem emēdari:vel etiā ex iustitię zelo accusādo vel denūtiādo in iudicio vt mala puniātur vel malis obuiet:non malum sed bonū &meritoriū ē s̄m Tho.ī quolibet.Quarto qnando id qđ bonū est dicit mala intētione factū:puta dat aliquis eleemosynas discurrit ad indulgentias:ecclesias frequentat:deuote audit diuina officia:dicit qs illū talia agere ex inani gloria &hypocrisi si intendit talē opinionē malā ingerere in mētib⁹ audientium mortaliter peccat:siue hoc ip̄e credat siue non credat talis tamē tenet ad restituēdū famā illi:quia nō abstulit. Nā audiētes hoc sciūt vl' scire debēt intētionē alicui⁹ ꝗ fine agat:opa bona sciri nō posse.Et ideo si hoc crederent ex leuitate sua esset hoc nō ex illa locutiōe.Quinto modo indirecte detrahit qs:cum.s.negat bona opa alteri⁹:vt cū narrat de aliquo q est.rect⁹ hō administrās iustitiā subditis:eleemosynari⁹ ad paupes:& hmōi.detrahere aliqs illi volēs dicit non esse verū:vt sic famā illi⁹ diminuat.Sexto etiā indirecte cū bona alicui⁹ malitiose recitat:vt cū q̄rit de cōuersatione alicui⁹ vt exhibeat ei aliqđ officiū vl' bn̄ficiū sciēs aliqs multa bona de illo ex qb⁹ iudicaret apt⁹ ad illud tacet illa opa bona ne ꝯsequat talē vtilitatē: talis etiā &si grauiter peccat indirecte nocēs proximo : non tn̄ tenet ad aliquā restitutionem famæ. Septimo cōmittitur detractio p cantilenas seu libellos famosos:vt cū qs facit cantilenā vel sonetū sup aliquo crimine alicuius:vel etiā scribit schedulā cōtinētē crimē alicui⁹ falsam vel etiā verū sed occultū&ponit in loco manifesto vt inuēta legat:&p notitiā illi⁹ crimē diuulget.Et hi q scribūt has schedulas q̄ dicūt libelli famosi s̄m iura canonica &ciuilia grauiter puniunt si reperiunt cū eis q ipsos inuentos libellos non subito dilacerāt:sed alijs ostendūt.Vn̄ adrianus papa ait. Qui in alteri⁹ famā publice scripturā vel vba cōtumeliosa confinxerit &rept⁹ scripta non ꝓbauerit,flagellet. Et q eū prius inuenerit rūpat si nō vult autoris facti cām incurrere.v.q.j.c.j.Debent etiā hi excōicari:vt in.c.si qui.§. si qs sic dr̄.Si qs famosum libellū siue domi siue in publi

Variat detractio septem pliciter

Detractor cō paratur serpēti.

Detractio fit directe:

reuelantes occulta.

Detractio' fit indirecte.

Recitās bōa malitiose.

Universidad del Rosario Archivo Histórico